





DIFFERENTIAE ANIMALIVM QVADRVPEDVM

SECVNDVM LOCOS COMMUNES, Opus ad animalium cognitionem apprimè conducibile.

[redacted]

SIMILITVDINVM

Ab omni animalium genere desumptarum Libri VI. ex optimis quibusq; Authoribus sacris & profanis, Græcis & Latinis, [redacted] collecti, & pulcherrima methodo digesti.

Omnia nunc primum ædita.

TIGVRI [redacted]

Anno Salutis humanæ M. D. LV.

Mense Februario.

Iacobo Meysz uiro consulari
S. D.



Olent ferè rerum scriptores, in ipsis statim librorũ exordijs, laboris sui rationem illis exponere, quorum doctrinam & beneuolentiam in primis cognitam perspectamq; habẽt. Vetus hoc institutum, multis iam seculis usurpatum, nũc maximè locum habere debet, cum tanta scriptorum est copia, tanta uerò lectorum & iudiciorũ discrepantia, ut uel paucis, uel nullis omnino scribere, necesse sit. Hæc etiam causa est, quod docti uiri aut ad scribendum nunquam accedunt, aut si qui amicorum precibus in hanc quasi arenam pertracti, descendunt, quærunt tamen idoneos patronos, quorũ authoritate & uoluntate, contra improborum calumnias sese protegant, bonis insuper doctisq; uiris hoc ipso

commendatiores existant. Hæc cum ita sint, egoq́ uir clarissime, has meas de animalibus differentias qualescunque, (de sententia tamen & uoluntate D. Conradi Gesneri summi uiri, cuius opera & consilio in conficiendo hoc libello frequenter sum usus) in publicum edere decreuissem, eas tuis auspicijs exire percupiebam: quod tu is esses, qui summam doctrinam summa cum humanitate coniunxisses, omniumq́ optime de huius generis scriptis & iudicare & statuere posses. Nam etsi magnos in repub. nostra magistratus gessisti, amplissimis etiam honoribus nunc fungeris, à dulcissimis tamen musarum complexibus te nunquam subtraxisti: quarum præsidijs ueræ uirtutis pulcherrimam uiam ingressus, gentis tuæ nobilitatem, cui par antiquitas in urbe nostra non est, præter insignia maiorum tuorum ornamenta, doctrinæ quoq; lumine, splendidiorem atq; ornationem reddidisti. Excitauit hæc

doctrina singularem in te humanitatem, quæ in primis est admirabilis: hęc etsi naturæ beneficio tibi contigit, tanta tamen futura nunquam fuisset, nisi literarum cultus accessisset: quo & pectora mollescunt, & morū feritas asperitasq; exuunt, comitas uerò facilitásq; in animos insinuantur. Sed quæ tua quantaq; in alios sint humanitatis officia, hîc commemorare nimis esset longum: quanta in me fuerint paucis exponam. Cum superiore anõ, quædam ciuitatis nostræ municipia, nonnullas etiam prouincias, cū paucis meis amicis, animi ualetudinisq; gratia peragrassem, ueni quoq; Eglisauiam, in qua tu prouincia, per id temporis, cum imperio eras. Ibi quod Sol iam deuexus ad occasum uergebat, eam noctem subsistere sum coactus. Diuerteram autem ad Rhodolphum Copum amicum meum ueterem: eodem te quoque aduentus nostri fama pertraxerat, cœnam ergo tu nostram præsentia tua uinóque,

cohoneſtabas & exhilarabas. Multus nobis de literis ſtudijſq; ſermo: de quibus quod tu tã doctè, tamq; acutè diſſereres, magnæ nobis uoluptati, ſummæ etiam admirationi fuit: quod uerò te tam amicum, tam beneuolũ, ijs hominibus dares, qui de facie nihil dum tibi eſſent cogniti, in eo uerò naturæ tuæ bonitatem, & ad bonas literas peculiarem inductionẽ, declarabas. Poſtridie eius diei, nos in arcem tuam deductos, per quàm munificè & liberaliter tractaſti: tandem poſt multas ſuaueſq; colloquutiones, cum nobis ante ſtudium tuum, operamq; detuliſſes, abs te dimiſiſti. Nec uerò ex illo tempore quicquam de tuo in nos amore, eſt detractum aut diminutũ. Hæc tua facta (uir clariſsime) uoluntatis & officij plena, ſpem mihi faciunt non exiguam, mea ſcripta, nõ minori tibi quã me ipſum, curę fore: cum quod ab homine tui amantiſsimo proficiſcuntur, tũ quod meritorũ tuorũ non ob-

ſcuram habent teſtificationem. Expoſui cauſas hactenus, propter quas meum libellum tibi potiſsimum dedicatum uelim. Subtexam iam deinceps inſtituti laboriſq; mei, pleniorem quoque rationem: quam itidem ad te defero, propterea quod cum tibi ſatisfacio, nemini non ſatisfactum puto. Quod ergo tot tamq; uarias animalium differentias, in tam pauca capita digeſsi, non eo quidem conſilio feci, ut eorum qui de animalibus operoſè & prolixè ſcripſerunt, breuiore compendio conſectarer induſtriam: quod & facilius facturus fueram, & maiore fortaſsis cum emolumento. Sed eorũ præcipuè rationem duxi, qui aut hanc philoſophiæ partem nondum pertractaſſent: aut quibus per occupationes ſuas, prolixa aliorum uolumina euoluere non liceret: ut illi haberent quo ceu Theſei filo, per omnes commentariorum anfractus fœliciter commearent: (loci enim quos quadrupedibus

accommodaui, cæteris quoque animantibus, si quis studiosus expleuerit, pulchrè quadrabūt.) Hi uero mea tam diu legerent, dum tempus ociumque nacti, ad integras animalium historias accederent. Sed cum multi multa de animalibus scripserunt, Conradus Gesnerus præceptor noster colendus, in eo genere, tantū laboris operæque posuit, ut aliorum industriæ nil penitus reliquisse uideatur: eo enim usque doctrina, studio, diligentia, & in summa improbo commentandi labore processit, ut quantumuis pertinacem lectorum frangat diligentiam: eaque scribendo iam nunc absoluit, quibus legendis uix hominis ætas suffecerit. Atqui hinc omnigenam uiri eruditionem licet æstimare. Sed quemadmodum totius humani corporis speciosa est contemplatio, ut tamen singulorum membrorum structura, osium neruorúmque comissuræ & compages penitius inspiciantur, corpora ipsa à peritis medicis

dicis secantur, & uniuersa membrorum fabrica sub aspectũ ponitur, uno quasi obtutu cõspicienda & contemplanda. Sic etsi homines exercitati cũ uoluptate et utilitate in doctorũ scriptis uersantur, operæ tamen prætium faciunt, qui magnas commentariorũ moles, minutatim in partes dissecant, & quoquomodo rudioribus opitulant. Quod cum ego feci, consentaneum est etiam quo ordine fecerim paucis indicare. Certam autem in omni materia, inueniendi & disponendi rationem esse iudico, cuius principium à natura proficiscatur, præceptis uero & usu confirmetur. Natura ipsa si priscum suum locum quem iure creationis debuerat, obtinuisset, externis præsidijs nihil indigeret, longéque ab omni errore segregata, ipsa quid uerum quid falsum, quæ fugienda quæ sequenda essent, digito quasi cómonstraret: quæ nunc uitijs nostris obscurata, longiúsque à communi sensu sub-

mota, uix multis præceptis & laborib. inuestigatur, & meditando quasi extunditur. Imbecillis tamen & multo quàm fuit infirmior. Etsi autem præcepta ipsa, ab ingeniosis hominibus artificiose excogitata tot modis ferè, quot nacta sunt magistros inter se discrepant, in eo tamen pulchrè consentiunt, quod naturæ quandam imaginem quoquo modo repræsentant. Sic etsi alios idem genus argumenti aliter tractaturos fuisse non dubito, ego tamen eam sequutus sum uiam, quæ ab ipsa natura minimè abhorreret, & cũ pręceptis pulchrè congrueret. Et quoniam in ipsis substantijs consideramus materiam & formam: dialectici uerò locum totius & partium à materia mutuantur (formas enim in hoc genere, non nisi accidentales habere possumus.) Totius & partium differentias in singulis animantibus, secundum locos inuentionis simplices examinandas esse iudicaui. Loci quorum

præci-

præcipuus mihi uſus fuit omnino ſunt octo: quos quando conſuluerim ſequens tabella lectorem docebit. Generationem & quæ cum ea coniuncta ſunt omnia, una complexione cauſam procreantem dixi, non enim ipſa animalia tantum quatenus generant (qui locus proprie eſſet effectuum) ſed quatenus generantur, perpendo. Cibum, potionem, ſomnum, uigilias, medicinas, ſub cauſas conſeruantes ordinaui: medicinas uerò eas tantum adieci, quas ipſę animantes naturæ ductu, inuenerunt, & hominibus commonſtrarũt. Locum ſubiecti & adiunctorum paulò aliter quàm ferè dialectici ſolent, conſultò uſurpo, quod etſi rectè factum abundè defendere poſſem, quia tamen non ſine magnis authoribus feci, malo lectorem in illorum potius quàm meis rationibus acquieſcere. Vocem cum ſuis adiunctis inter effecta poſui, qualitatem eam eſſe nó ignorás, ſed quatenus ab anima-

libus editur actionem quoque. De cæteris in libelli progressu, cum opus fuerit, lectorem commonebo. Nunc finem scribendi faciam, ne tibi uiro prudentissimo, cum quo mea consilia rationesq; communicare uolo, hoc ipso sim molestus, quo gratificari studeo. Summa mearum literarum hæc est: quod me meaq; omnia tuo patrocinio fideiq; commendo. Vale. Tiguri. Idibus Februarijs. Año *M.D.LV.*

- *Animalia differunt*
  - *toto, quod differt*
    - 1 *Genere & ſpecie.*
    - 2 *Cauſa procreante*
      - *coitu.*
      - *admiſſura*
      - *conceptu.*
      - *fœtura.*
      - *partu.*
    - 3 *Cauſa conſeruante*
      - *cibo.*
      - *potu.*
      - *ſomno & vigilia*
      - *medicinis.*
    - 4 *Subiecto*
      - *natali ſolo*
      - *locis quæ frequētāt*
    - 5 *Adiunctis*
      - *ſexu*
      - *ætate*
    - 6 *Comparatis*
    - 7 *Effectis*
    - 8 *Diſſentaneis*


partii bus
animo qui differt
Adiun ctis
Compa ratis
corpo re.
Toto, quod differt
Adiun ctis
Cōpa- ratis
Effectis
Parti- bus
exter nis
inter nis
quæ diffe runt
Sub- iectis
Ad- iūctis
Cōpa ratis
Effe- ctis

Cōparata sunt aut

- *Qualitatis*
- *Quantitatis*

- *vnius secundum*
  - *Ætatem.*
  - *Sexum.*
  - *Regionem.*
  - *Partes corporis.*
- *duorū aut plurium*
  - *Sub eodem genere.*
  - *In diuersis generibus.*

DIFFERENTIAE ANIMALIUM quadrupedum secundum locos communes.

DIFFERENTIAE TOTIVS à genere & specie.



SINORVM genere continentur, muli, hinni, onagri, asini Scythici, Africani & Indici.

Bubuli generis sunt, bubalus vulgò dictus, vrus, bison vulgaris, et albus scoticus, bonasus, boues Lybici & vnicornes Indici.

Ex Caprarum syluestrium genere sunt, rupicapra, ibex, bubalus Africus (quem Bellonius bubuli generis facit) oryx, gazella quæ eadem caprea moschi, subus, dama, musimones, tragelaphus diuersus ab eo quem alij ceruis annumerant, pygargi.

Ibicum generis videntur feræ illæ capræ in summis Libyæ montibus, de quib. Aelianus.

Κολὸψ *aliquis ex hoc genere esse dixerit.*

Capreæ et platicerotes mediæ naturæ inter feras capras et ceruos censeri possunt, ipsæ congeneres, Geßne.

Strepsiceros genus ouis in Creta, Bellon.

Ceruorum generis tarãdus, qui ceruus Scythicus dici potest. Eiusdem generis ceruus palmatus & tragelaphus.

Alce medium genus inter equos et ceruos, Erasm. Stell.

Petrus Martyr in historijs nauigationum ad nouas insulas, tria cuniculorum genera alicubi reperta scribit.

Conijcio tria saltem genera crocodili statuẽda, unũ aquaticũ, quod simpliciter ita nominatur, et duo terrestria, unũ cognitũ nobis, et tertium nobis ignotum, cuius squammæ ad caput vertuntur, Gesnerus.

Erinaceorum qui propriè sic appellantur, alterum genus Suillũ, alterum Caninum, differunt & locis quæ frequentant.

Sed et hystrix et tat⁹ erinaceorũ sunt generis.

Ex Fibrorum genere sunt, lutræ, latax, satyrum, satherium, porcos, ichneumon.

Lupis

Lupis annumerantur, pantheres, thôes, lynces, hyæna.

Est luporũ adhuc aliud genus amphibium.

Nomina q̃ sequũtur uel hyænæ sunt uel congenerum ei animalium. alzabo, ana animal orientis, gulo, lacta, papio, abenauin, zilio, crocuta, leucrocuta, mantichora. gulo septentrionalis fera, aut ipsa hyæna est, aut crocuta, aut congener bestia, quod historia vtriusq; collata testabitur, Gesnerus.

Coniiciat aliquis genettas aliquod minimi pantheris esse genus.

Papionem Bellonius lupis, Gesnerus simiis annumerat.

Ex genere pardorũ est qui cognominatur bitis.

Lepori congeneres sunt cuniculus & porcellus Indicus.

Lacertorum genera plura sunt: ut salamãdra, saura, chalcis, Stellio. Huic generi annumerantur serpentes amplissimo rictu in prouincia Caraiam, M. Paulus Venetus.

Videtur omne genus quadrupedis ouipari-

aut lacerti, aut ranæ, aut testudinis genere recte comprehendi.

Melis duo sunt genera, vnum canis instar digitatum quod caninum uocant, alterum ungulas ut sues habet bisulcas. quod iccirco suillū appellant, differūt et rostri figura, et victu.

Mustelarum aliæ sunt domesticæ, aliæ syluestres: Domestica propriè sic dicta, & alterum genus martis. Syluestribus annumerantur, Ictis quæ & viuerra (licet alij aliter) furo quem plæriq; veterum viuerram esse consentiunt, Nöerza, vormela, chiurca, genetha secundum quosdam, putorius & martes syluestris. Sed & sobella ex martium syluestrium genere est.

Murium multa sunt genera, alij domestici maiores & minores, maiores ratti appellantur, minores aut propriè dicti mures aut mures aranei. Alij sunt agrestes, quorum alij rursus maiores, alij minores & propriè agrestes mures dicuntur: huius generis et cricetus est. Sub tertio genere continentur syluestres, syluestribus annumerantur, glires, mus auellanarum,

narum, Plinij sorex. Sciurus vulgaris & Getulus, mus Ponticus, mus Napelli, mus Noricus, mus Alpinus. Duæ species vidētur in glirium genere, quarum vtraq; maior sciuro.

Quartum genus aquatile est ex amphibijs.

Ranarum aliæ terrestres, aliæ aquaticæ. Terrestres & ipsæ non vnius generis, viridissimus est ranunculus calamites dictus, à nostris Laubfrösch. *Sunt aliæ rubetæ dictæ & ipsæ trium generum: Rubeta scilicet gibbosa & alia insuper pari magnitudine quæ domos & sepes frequentat. Tertia etiam magnitudine duplo minore quæ in agro Tigurino reperitur. Est alia insuper rana venenata fossilis. Aquaticæ: Ranæ vulgares uescæ: & rubetæ alterum genus palustre.*

Ranam recentiores quidam inter vermes numerant: quod non placet Gesner.

Simiarum generis cercopitheci, cepi, callitriches, AEgopithecus, arctopithecus, Leōtopithecus, Cynocephali, Satyri, Sphinges, Panes, Papio.

Quatuor cercopithecorum genera sunt

magnitudine differentia. Multa item cynocephalorum genera.

Simiuulpa medij inter simiam & vulpem generis.

Testudinum genera quatuor numerantur: terrestres, marinæ, lutariæ, & quæ in dulci aqua viuunt.

Vrsus alius terrestris maior & minor, alius aquaticus qui sub aqua venatur, vt lutra & castor.

Specierum differentias non semel penuria et egestate vocabulorum circumscribere sum coactus.

Cætera sui singula sunt generis. Sunt præterea quæ nullo peculiari naturæ discrimine, sed loco tantum & regione, magnitudine & forma nonnihil discrepãt: huius generis sunt: Camelus Bactriana & Arabica. Thôes quoq;, pantheres & leopardi propriè sic dicti, in suo quæq; genere magnitudine differunt. Solus Oppianus lyncis duo facit genera maius et minus. Leonum quoq; duo sunt genera, quorũ alterũ breue crispioribus iubis quod ignauius: alterũ lon-

longius & pilo probiore, quod generosius est.
Vulpiũ magnæ in colorib. sunt differentiæ.
Nullum præterea est mansuetum quin eius dem generis inueniatur & ferum.
In AEthiopum locis præruptis multi sunt equi feri, quorum vt ceruorum vngula est bi fida, Oppianus.

DIFFERENTIAE TOTIVS à causa procreante.

A Libidine.

Libidinosa præ cæteris sunt: Vaccæ, equæ, ca prigenum pecus, omne genus simiarum, sues, cerui, cameli, mures, canes, vrsi, leones, lepo res, cuniculi, testudo terrestris mas, & fœmi næ ex onagris.

A coitu.

Vere coëunt lacerti, elephanti, equi, glires, sciurus, canes. Mense Septembri cameli. Hye mis initio, vrsi, apri. A tempore anni.

Lupi toto anno non coëunt dies amplius duodecim.

Sues agrestes semel quotannis coëunt, domestici sæpe.

Canes ineuntur à partu sexto mense, cameli vno interposito anno.

Rarus coitus *est ceruis, vaccis, elephantis, quam enim elephas mas impleuerit, eam rursus non tangit.*

Ceruæ, vaccæ, testudines coitum propter dolorem auersantur.

Frequentior coitus *est asinis, equis, leonibus.*

Coitus tota die camelis solis ex omnibus quibus solida vngula, Plinius.

Coëunt & pariunt quoquo tempore: lepores & cuniculi.

Quadrupedum prægnantes Venerem arcent præter equam & suem. Plin. Aristoteles de muliere & equa solis animalium id affirmat.

A tempore ætatis. *Elephantus tam mas quam fœmina incipit coire anno ætatis vigesimo, Arist. & alibi,*

bi, fœmina incipit coire anno aut duodecimo celerrimè, aut decimoquinto lentißimè: Mas quinque aut ſex annos natus ſuperuenit ineunte uere, alij aliter. Mas coit quinquennis fœmina decennis, Plinius.

Coire incipiunt in trimatu cameli, menſe triceſimo ætatis aſini: octauo ſues: ſexto canes & cuniculi, ſed canes magna ex parte anniculi, nonnunquam etiam menſe octauo: hircus ſeptimo ætatis die, capræ adhuc lactentes.

Coëunt tam oues quam capræ, Item vaccæ quam diu viuunt.

De generatione Rhinocerotis non conſtat, Oppianus.

Ab admiſſura.

Verno tempore admittitur lanigerum pecus optimè, aut etiam authumnali: idem de tauris intellige. Suillum pecus à calendis Februarijs ad duodecimum diem Martij: Aequnoctio verno equæ: ſolſtitio æſtiuo aſinæ: per authumnum ferè capræ. A tempore anni.

Cōmodum videtur vt equi locis calidis mēse Aprili: frigidiorib. aūt Maio admittantur: equum post vnum à partu annum vtiliter admitti putant, Plin. Varro.

Camelus fœmina post vnum ab enixu annum rursus demum coit.

A tempore ætatis. *Qui quadrimis minores sunt, maioresq́ quā duodecim annorum prohibētur admissura. Columell. de tauris loquitur. idem de vaccis intelligendum. Sed vaccas etiam bimas rectè cōcipere putant.*

Arietis ætas ad progenerandum optima est trima, nec tamen inhabilis usq; in annos octo, Colum. & Pall.

Hircus ad ineundas fœminas & ante anniculum congruus, non aūt durat ultra sexennium, Palladius.

Canibus non nisi post annum permittenda venus, Columella.

Amodo. Coitus auersus, *Rhinoceroti, elephātis, tigribus, lyncibus, leoni, lepori, cuniculis, canibus, lupis, & in summa omnibus quib. auersa genitalia: His alij camelū annumerāt, de quib. Arist. negat.* *Huma-*

Humanitus inter se complexi coëunt, simiæ, lacerti, erinacei, ursi, ursi humistrati, erinacei vero stantes.

Mus in coitu complectitur cauda: Elephas fœmina sedet: Camelus fœmina in coitu sedet complectente mare, Arist.

Cerui currentes fœminas ineunt, Oppian. Cerui clunibus subsidentib. semen genitale recipiunt, Aristoteles.

Cætera in coitu tergis superueniunt.

Testudines, Aristoteles superuenire scribit. AElianus supinas iacere tradit: Vulpes superuenire Aristoteles docet. Plinius verò fœminam in latera proiectam marem amplexari scribit.

Occulto coëunt, *elephanti, cameli, rhinocerotes.*

Ranæ magna ex parte noctu coire uisuntur.

Adulteria ignorant & *cōiugij lege degūt. Elephanti, capreæ: Camelus cū matre et sorore nō coit. Reliqua promiscuè coëūt. licet singulare exemplū extet equi, qui matrem imprudēs superuenit, et cognito indicio se ipsum exanimauit. de quo Plin. AElian. & Oppian.*

Canes cum lupis, vulpibus et tigribus cōeunt, reliqua quære inter bigenera.

Sues tantum coitu spumam ore fundere diligentiores tradunt, Plinius.

Ex terra generantur.

Quædam ranæ ex putredine & imbri nascuntur. Item omne genus muris, licet etiam ex coitu sui generis: quod tamen quidam de solis Aegyptijs intelligi volunt.

Creatur talpa ex terra simul & pluuia.

Hoc commune habent animalia cum stirpibus, quod alia semine, alia sponte oriantur, Aristoteles.

A conceptu.

Cerui non concipiunt ante Arcturi sydus, Sol. Arist.

Oues & capræ terno & quaterno coitu implentur, Arist.

Equæ ab asino citius implentur quàm ab equo. Aquilonis flatu mares concipi dicunt,

Austri

Austri fœminas, Arist. Plin.

Equos à vento concipere in quibusdam regionibus: authores sunt Columell. Plin. Verg. Solin.

Mures salis gustatu prægnantes fieri æstimantur, Plin. Arist.

Reliqua possunt ex præcedentib. locis peti.

Superfœtant.

Vrsi, lynces, lepores, cuniculi insuper, & ex eodem genere porcelli Indici.

Bigenera.

Adhunc locum pertinent ea animalia quæ ex diuerso genere implentur, quæ bigenera & mixta appellari possunt. Sequor autem ordinem alphabeticum.

Alpheth vel Alpheil generatur ex leone & leopardo.

Canes Laconici Alopecides dicti, ex vulpe & cane gignuntur.

Arcades canes primum ex canibus et leonibus natos fama est, & appellatos λεοντομιγεῖς, Pollux.

Arcadici canes & hircani ex cane & tigride.

Concipiunt canes etiam ex lupo.

Camelum bractianam Didymus ex apris simul pascentibus concipere docet.

Crocutam ex leæna AEthiopica & hyæna, Plin. & Solinus.

Equus ex tauro & equa generatus.

Franciscus Galliarum rex equum habuit, posteriore corporis parte ceruina, natum vt fertur ex ceruo & equa. Bellonius.

Sunt qui lupum canarium eum putent esse, qui initu canis ex lupa nascitur.

Leonum genus ignobile ex leænis & pardis, Solinus.

Leopardi ex pardo & leæna. Philostratus leænam non ex pardo, sed pardali concipere scribit.

Quærendum an vt leæna ex pardo concipit, & corpore sibi similem gignit, animo dissimilem.

similem. sic etiam pardalis seu panthera ex leone concipiat, & maculosum gignat fœtum, Gesn.

Mulus alius ex asino & equa nascitur, alius ex equo & asina qui hinnus appellatur.

Generantur ex equa & onagris mansuefactis mulæ veloces in cursu: quartum genus mulorum ex asina & onagro: quintum ex asina & tauro.

Apud Rhætos. ex capræ & arietis coitu, nascuntur oues anterius, posterius capræ, Gesn.

Thôes ex lupo, pardali, panthera, Oppianus.

Omnia sanè bigenera plus à matre accipere vidētur, præsertim quoad magnitudinem et formam corporis.

A fœtura.

Annua fœtura equis, asinis, camelis. Aristoteles.

Camelis alibi decem tantum menſes aſsignat.

Elephantem decem annos in vtero geſtare vulgus credit, alij annum & ſex menſes, alij biennium, alij triennium geſtare ſcribunt. Sed quod fœturæ tempus incertum eſt, cauſa eſt quod non patet coitus.

Cerui & vaccæ fœtæ ſunt decem menſes, (cerui tamen ſecundum Plinium & Ariſtotelem octonos menſes.) Oues & capræ quinq; menſes. Sues quatuor, Leænæ menſes duos, ſecundum alios ſex. Canes dies ſexaginta & vnum, aut duos, aut ad ſummum tres, Ariſt. Plin. Lupus fert & parit vt canis. Cati dies quinquaginta ſex. Viuerra quadraginta. Hiſtrix & Vrſa triginta. Aiunt porcellos Indicos ante ſexageſimum à conceptu diem nō parere. Crocodili ſexaginta dies ventrem ferunt, & totidem oua pariunt, totidemq; dies fouēt. Oua teſtudinis dicta ventri ſubdita ſunt.

A partu.

A tempore anni.

Omnes lupæ intra duodecim dies pariunt, nimirum

nimirum quod toto anno non amplius quàm duodecim dies coëunt.

Parit asinus eodem tempore quo coierit.

Vere pariunt elephanti, cameli, sues feræ: Ineunte æstate lupus: vrsa eodem tempore quo latet.

Annuus partus canibus, lupis, suib. feris lanigero pecori: in locis tamen nonnullis propter cœli clementiam oues bis pariunt. Item vaccis vbi pabuli copia, aliâs alternis annis pariunt. Suibus domesticis partus bis in anno.

Menstruus partus est leporum generi.

Partus asinarum & camelorum à trimatu legitimus. A tempore ætatis.

Tota ætate asinæ & equæ parere possunt.

Canes à duodecim ferè annis generare desinunt: oues & vaccæ plærunque à decem.

Generare incipiunt cuniculi cum sex menses ætatis lunares habent (vt audio) Gesn. secundum alios anniculæ.

Sues mares non ultra trimatum generant: scrophæ annos octo aut etiam quindecim.

Apris maribus non nisi anniculis generatio, Plinius. idem intellige de suibus domesticis.

A modo. *Equa stans parit cæteræ quadrupedes iacentes, Aristoteles.*

Mustelam ore parere fabulantur.

A loco. *Asina parturiens tenebras quærit: elephas parturiens ingreditur aquas vsque ad vbera metu draconis.*

Ceruæ parere iuxta vias maximè solent metu belluarum, Aristoteles.

Soricem in iuuenca pinguefacta, nec non in sue erosa cute nidum fecisse, & mures peperisse, idoneis authoribus constat.

Amphibia in sicco pariunt & educant.

Animalia quorum acuti sunt vngues frequenter parere nequeunt.

Sterilia.

Bigenera non pariunt, Plinius.

Mulus fœmina omnino sterilis, sed mas interdum generare potest, Aristoteles. Idem mulas

mulas in Syria suo in genere procreare scribit.

Vt mulus sic burdo sterilis, Albertus.

A Fœtu.

Viuipara sunt omnia quadrupeda exceptis chamæleonte, crocodilo vtroq;, lacertarum, ranarum et testudinum generibus, quæ ouipara sunt.

Salamandra viuipara in vtero primum oua concipit.

Multipara.

Multifida & parua eiusdem generis, multa pariunt, vt canes, feles, oues, lepores, lupi, viuerræ, tigres, leones, lutræ, &c.

Supra cuncta murium fœtus ex vna geni tos centum viginti tradiderunt, Aristoteles. Plinius.

Bisulca pauca generant præterquam sues.

Inter ouipara crocodili & testudines numerositate ouorum præstant.

Ægyptiæ capræ fœtus quinos parere feruntur quod fœcundissimas Nili aquas bibāt, Ælianus.

Singulos pariunt.

Elephanti, cameli, equi, vaccæ, cerui. quibus interdum tamen geminus partus sed raro: nī fallor oia solipeda singulos pariunt.

Imperfectos fœtus *edunt omnia multipara præter suem. vrsæ carnis informem massam edunt, quam lambendo figurant.*

Canes capræ & oues, & reliquæ paruæ quadrupedes monstra pariunt frequentius quā maiores, Aristoteles.

Ranarum fœtus primo sunt carnes paruæ, rotundæ, nigræ, deinde oculis tantum & caudæ insignes.

Cœcos pariunt *omnia multifida.*

Vrsa fœtum minimum pro magnitudine sui corporis edit.


SE-

SEQVVNTVR DIFFERENTIÆ totius à causa conseruante desumptæ.

A cibo.

Carniuora *sunt digitata viuipara omnia, præter leporum genera. Quadrupeda viuipara quæ serratis sunt dentibus, carne omnia vescuntur, Arist. Ex his cadaueribus uescuntur quæ ex præda viuunt. Sues etiam famis tempore cadaueribus non parcunt, quinetiam proprios fœtus præ fame absumunt. Boues quidā luporum instar carniuori sunt. Rhasis. Apud Garamantas ouillum pecus carne & lacte alitur, AElian. Ranæ mortuam talpam deuorant.*

ἰχθυοφάγα, *omnia amphibia, & præterea cati. Cynocephali genus quoddam piscationis peritissimum. In vico Indiæ pisces ab indigenis capris pro cibo obijci, AElianus testis est. Agricola affirmat iltissos more fibri, in riparum cauernis pisces captos commedere. Noër-*



za quoq; mustelarū generis victum ex aqua petit.

Pediculis delectantur simiæ: uermibus, talpæ & testudines terrestres.

Turdorum fimus bobus in pabulo datur.

Aues venantur et gallinas, vulpes, ichneumon, cati, putorius, & alia quædam mustelarum generis.

Herbarum pastu uiuunt, *ex carniuoris præter vrsum uisi medicinæ gratia nulla: ex amphibijs genus alterum vrsorum aquaticum, & mures aquatici: ex cæteris solipeda & bisulca, item lepores: vnum animal digitos habentium herba alitur lepus, Plinius Sed & alia quædam digitata herbis uescuntur: ranæ quoque terrestres herbis & terra pascuntur. Sunt quæ fructibus arborum viuunt, vt simiæ, sciuri. taxus, tatus, &c. Sunt qui fructibus arborum, herbis & radicibus promiscuè vescuntur. Herbis odoratis pascitur moschi capreolus: odoratis floribus scincus.*

Mellis auida: *meles, ictis, salamandræ, stelliones, scinci.*

Ad

Ad Chalibas aurum à murib. vorari aiũt: in Cypro, Paro, Giaro insulis ferrum erodi.

Lupis peculiare est terram quandam in fame edere, Plin. Aristoteles.

Non alio quàm aëris alimẽto chamæleõ uiuit, Plin. Solin. sed alij chamæleontem rore et muscis ali scribunt.

Omniuora sunt, *vrsus, sues, vulpes, lacerti, mures alpini, ichneumon, feles.*

Venenis *capreæ & coturnices pinguescunt, Plin. Stellio araneis viuit, & rore & melle: sues deuorant serpentes, limaces, & salamandras: ichneumon serpentes in cibo appetit: mortiferis herbis pascitur catoblepa & taxus.*

Noctu pascuntur *lepores, cuniculi, uulpes, capreoli, lupus, hyena, mures: testudines noctu è mari pastum egrediuntur, interdiu viuunt conchilijs.* A tempore.

Opistonoma, *boues Indici & Garamãtici: alce præterea propter craßitudinem superioris labri.* A modo.

Priorib. pedib. pro manibus utuntur sciuri

& cætera murium genera, vrsi, elephas promuscide loco manuum vtitur.

Carpunt pascendo gramen, oues & capræ, sunt qui capras carpendo dictas autument.

Sunt quibus somnus pro cibo est, de quib. postea.

Famis patientes sunt, asini & leones: vescuntur leones alternis diebus, Arist. & Plinius. Echinum aiunt ad annum vsque sine cibo durare posse, Aristoteles.

Ruminant cornigera & præterea camelus, lepus, cuniculus, mures etiam uulgares nō tantum pontici.

A potu.

A potu abstinent asini pastorales apud Afros. Item hystrices secundum quosdam, sed Georg. Agricola hystrices bibere docet. Glires an bibant non satis compertum; cuniculi à potu menses aliquot abstinent: de mure an bibat non satis constat: Aristoteles murem bibentem facit: idem mures cum biberint emori scribit.

ſcribit hoc Michael Epheſius vniuerſale exiſtimat omnibus muribus,

Leo quoq; rarus in potu eſt, cameli quatriduo ſitim tolerant: Aquæ in Anglia ouibus exitiales, Cardanus.

Aquam turbulentam ſuauius bibunt cameli, elephanti, equi & muli, Ariſt. Sed Camerarius equis limpidam & recentem aquã vult adminiſtrari.

Vino delectantur pardales & papiones, elephanti & equi vino ſumpto ad pugnam animoſiores redduntur: ſues inebriantur vini fecibus: ſimiæ quoq; inebriatæ capiuntur.

Vrſi bibendo aquam quoque morſu vorant.

Sorbendo bibunt quibus continui dentes, reliqua lambendo.

A ſomno & quiete.

Hybernis menſibus ſomno ſepulta latent: vrſi, mares quadragenis diebus, fœminæ quaternis menſibus: glires, teſtudines, mus auel-

lanarum, crocodili, criceti, mures Pontici, sciuri, lacertarum & ranarũ genera omnia, chamæleon, mus alpinus, hystrices, erinacei: taxi & mustelæ non tota hyeme dormiũt. Ex his quædam veterno pinguescunt, vt vrsi, glires, criceti, &c.

A loco. *Dies in terra, noctes in aqua, degit crocodilus.*

Noctu vigilat, interdiu dormit Hystrix.

A tempore. *Plurimum dormiũt sues & mustelæ.*

A modo. *Erecto corpore somnum capiunt elephantes.*

Aries ad vtrumq; æquinoctium cubandi rationem mutat, Ælianus: & Macrobius, id alij fieri negant.

Oculis apertis dormiunt leones, lepores, sunt qui leonem insomnem esse existiment.

Testudo marina in aquis stertendo dormit.

Somniant ferè omnia quæ animal pariunt.

A me-

A medicinis,& primum ex animantibus.

AEgroto leoni simia pro remedio est, vrsis formicæ, suib. & ceruis cancri. illis à serpẽtib. his à phalangio, vel alio quouis venenato genere ictis. Hyosciamo deuorato sues etiam sibi cancris medentur.

Ex herbis.

Lupus, leo, canes, et omnia carniuora (præter vrsum) herbas non nisi ægroti depascũtur.

Dictamnum herbam, extrahendis sagittis cerui monstrauêre, Plin. Aristoteles id scribit de capris syluestribus.

Testudo cum viperam ederit, cunilam, id est, origanum edit.

Fama est elaphobosci pabulo ceruos resistere serpentibus, Plinius.

Mures agrestes à serpentibus læsi chondrillam esse dicuntur.

Mustela serpentem aggressura ruta se præmunit. Sunt qui post pugnam deuorare tra-

dunt pro antidoto veneni.

Vrsi exeuntes latibulo herbam Aron, laxandis intestinis alioquin concretis deuorant.

Asplenem herbam asini quærunt vt minuant atram bilem.

Seseli pasci dicuntur ceruæ pituræ, Plinius.

Cerua à partu seselim herbam edit, Aristoteles.

Panthera Aconito deuorato stercore humano sibi medetur.

SEQVVNTVR DIFFERENTIÆ totius à subiectis desumptæ.

A regionibus in quibus generantur.

Africæ regiones. Africa *generat Oryges, dictien: AEthiopia ealen, callitrichen: quod animal negatur in alio solo viuere posse, sphinges, cepum, camelo pardalim, item equos feros bisulcos: Lybia*

bia catoblepam, Garamantes boues opistono mos habent. Aper nullus in Africa.

Aegyptus generat crocodilũ et ichneumonem: India papiones, chiurcam, monocerotem, axim, pœphagum, boues vnicornes & solipedes, gazellã. India & Hircania tigres, Cholchis tragelaphum Plinij, Syria calopũ, Phrygia & Lycaonia præcipuos onagros, Bactriana & Arabica regio camelos. Asiæ regiones.

Asia & Africa pantheras & chamæleontes alunt: Syria, Lybia & Cyprus chalcidem lacertorum generis. AEgiptus & oriens scincos, Africa & India simias, et hystrices. Scythia & Sarmatia κολὸυ.

Hispania & Baleares alunt, cuniculos, Zibethum, mus monem, Italia & Thracia stelliones, summi Heluetiorum montes ibicem & murem alpinum, septentrionales regiones tarandum, armelinos, id est, mustelas albas, sobellam, nöerzan, tragelaphum ex genere ceruorum, vrum, bisontem, bubalum, cricetum. Europæ regiones.

Sciurus à vario non nisi regione differt.

Norduegia pestem peculiarem habet, quam leem vel lemer appellant. Iacobus Ziegl.

Africa, Asia & Europa cætera animalia promiscuè generant, leones tamen Europa tantum intra Acheloum & Nessum amnes aluit, teste Aristotele.

Africæ deserta India & Arcadia testudines habent.

Pariana regio simiuulpam, Creta strepsicerotem, orbis nouus totum educat.

Lupos, vulpes aliaq; quadrupedum noxia Creticus ager nusquam educat.

Angliam lacertis carere dicunt.

A locis quæ frequentant.

Animalium quadrupedum quorum nos mētionem facimus, alia sunt terrena alia amphibia, id est tā terrena quàm aquatilia. Primi generis sunt omnia quæ se in aquas non nisi aquandi, natandi, aut refrigerandi gratia mergunt. Secundi generis sunt quæ sub aqua venan-

venantur & inde victitant, aërem tamen non humorem recipiunt, vt castor & congenera, vrsorum tertium genus aquatile, lacerti, mures aquatiles, subus, hystrix, lupus marinus, ranæ aquatiles, crocodilus, testudo, cordulus. sed cordulus solus ex ijs quæ humorem recipiunt, pastum egreditur.

Ex his alia sub terris alia super terra degunt. Ex illis quædam perpetuò sub terra latitant, vt rana fossilis: aut raro egrediuntur vt mus & talpa. Quædam cauernas quidem subeunt, sed pastum egrediuntur. Alia æstiuo tantum tempore, quæ hyberno latitant, quibus cibus in hyemem prouisus, aut somnus pro cibo est.

Hyberno tantum tempore egreditur hystrix. Alia æstiuo & hyberno tempore egrediuntur, vt cuniculus, vulpes, meles, castor & lutra.

Ex omnibus tam ijs quæ specus subeunt, quàm ijs quæ nunquam subeunt: Alia

rursus loca campestria & plana frequentant, vt sues, gazellæ, testudines, mus agrestis, mus noricus, cricetus, elephantorum & leporum genus, cameli, boues, equi, &c.

Alia syluas frequentant, vt feræ pleraq; omnia, tarandus, tragelaphus, ceruorumq; adeò genus omne, boum genus syluestre, armelini, sobellæ, nöerza et murium genera syluestria, luporum quoq; genera, apri, lepores, tigrides, gulo, hystrix, &c.

Alia montes vt rupicapræ, ibices, adeoq; omne genus caprarum, leones, onagri, monocerotes, elephantorum & leporum nonnulli, thôes, mures alpini, vulpes, & testudinis genus propterea montanum dictum, meles, etc.

Ex his quædam rursus loca sicca frequentant, ex quibus monoceros, oryx, onager, leo, et ea præcipuè animalia quæ aut nunquā aut rarius bibunt.

Quædam irrigua amant, vt elephanti, equi, boues, oues, cerui, genethæ: quædam palustria vt sues, tam domestici quàm feri. alces & leporum genus: quædam calida loca,

vt

vt asini, capræ, oues, lacerti virides, elephanti, sues; muli: quædā frigus amant, vt salamādræ, vrsi, ibices.

Domestica quoq; sunt quæ domi aluntur καὶ συνανθρωπίζουσι vt canes, equi, &c.

Domos accedunt & in eis habitant ex feris & semiferis: martis genus alterum. putorius, mures, mustelæ, erinaceus alter, rubetæ, & quædam lacertarum genera: leones etiam lupi & crocodili, sed non nisi stimulante fame ad domos accedunt.

Arbores scandunt, quædam etiam in eis nidificant, sciuri, mus auellanarum, martes syluestris, vrsi, cati syluestres, glires, calamites ex ranarum genere.

DIFFERENTIAE TOTIVS *ex loco adiunctorum.*

A sexu.

In quadrupedibus viuiparis & ouiparis sexus vterq; est, Arist.

ἀῤῥενοθήλυκα.

Lepus incerti sexus est, modo mas modo fœmina.

Sexus discrimen Rhinocerotes non habent, sed omnes eius generis mares apparent fœminæ nunquam.

Vulgus falsò credidit hyænas alternis annis fœminas & mares fieri.

Salamandris non est masculinum fœmininúmue genus, Plinius.

Salamandræ nec masculinum nec fœmininum genus esse falsò putant, Georg. Agric.

Sexu *tantum differunt, capra & hircus, aries & ouis, pardus & panthera secundum Plinium.*

Vacca & taurus, bos nomen vtrisq; commune.

Ab ætate.

Μακρό-βια. *Elephantem alij annos ducentos, alij trecentos viuere aiunt, Aristot. Ælian. Solin. Strabo.*

He-

Hesiodus cornici nouem nostras tribuit ætates quadruplum eis ceruis, Plinius.

Cameli viuunt quinquagenis annis, quidam & centenis, Plinius & Aristoteles.

Longũ tẽpus viuunt, lupus, leones, mures, vulpes etiam iustã satis ætatem cõsequuntur.

Vita mulis ad octogesimum annum, asinis ad tricesimum.

Vita *equorum plurimis ad decimum octauum atque vicesimum, longißima ad tricesimum annum. nonnullæ fœminæ quadraginta vixerunt annos.*

Viuunt annis quinquagenis, Plinius.

Septuaginta annos equum vixisse proditum est, Plinius.

Quindecim annos, aut ad summum viginti viuũt boues, sues, canes, sed Laconici canes denos, fœminæ duodenos tantum, Plinius.

Vita *ouibus ad denos aut duodenos intermedium: Capris ad octonos complurimũ annos, in Aetiopia verò ad vndenos etiam.* Μικρό-βια.

Ad senos Ichneumoni, hirco, catis: sed cati apud nos annos ferè decem viuunt.

Ranæ temporariæ ex puluere et imbribus ortæ breuißimæ ſunt vitæ.

AEtate differunt capræ & capreolus.

Diſcernuntur in prima ætate vitulus & vitula. in ſecunda iuuencus & iuuenca. Varro.

DIFFERENTIAE EX COMparatis deſumptæ.

In plæriſque ſanguineis viuiparis mares ſunt viuaciores quàm fœminæ, Ariſtoteles.

Magna animalia plærunque viuaciora ſunt paruis

In calidis regionibus animalia ſunt viuaciora quã in frigidis: Ea quæ felle carent longioris ſunt vitæ: quàm cætera quæ fel habent.

Animalia quæ frequenter coëunt breuioris ſunt vitæ.

Mulæ & aſinæ maribus ſunt viuaciores.

Mares equi minus temporis uiuunt quàm fœminæ propter coitum, Ariſt. Plinius contra

tra maribus plures tribuit annos,

DIFFERENTIAE TOTIVS *ab effectis. Continet hic locus præcipuas animalium actiones, & vsum qui ex illis percipitur,*

Aratoria *sunt, boues, equi, & minores elephanti apud Indos quos nothos appellant: arant etiam asini ubi leuis est terra: tarandus quoq; domatur ad opera rustica ab agricolis,*

Dossuaria *sunt & clitellaria, asini, cameli, muli. In Scythia ceruis cicuratis vt equis insidentes, Ælian.*

Plaustraria *sunt equi, boues, bubali vulgares: tarandus etiam ad conficienda itinera domatur,*

Venatica, *canes: ex feris ad venationem instituuntur, bonasi, pardi, alphet animal: leones quoq; venatoribus prodesse ad capiendos vrsos, onagros, & boues feros in Tartaria,*

Paulus Venetus author est. Rex Tartarorum habet leopardos cicures, qui mirũ in modum venationi inseruiunt; item lynces non minus ad venandum industrios. Paul. Venet. Magna propter venatum cuniculorum, viuerræ gratia est.

Cicuratur lutra aliquando ita ut pisces circuitu suo in retia compellat, magno piscatoris emolumento.

Sunt canes venatici, villatici, pastorales vel pecuarij.

Militaria, *equus bellator, elephanti, cameli.*

Mithridates Ponticus dormiens excubias tauro, equo & ceruo comittebat.

Animalium quorundam circa pabulationem industria.

Fertur de muribus alpinis quod alijs pabulandi gratia ex cauerna egressis, vnus ante aditum custos in speculis excubet, qui hominum

minum ferarumq; aduentum, cæteris clamore denunciet.

Vnus ex muribus alpinis, pedibus supinis, fœnum à reliquis congestum ceu plaustrum accipit, & sic onustus caudaq; mordicus apprehensus in specum trahitur: eodem modo castores ligna aduehere, & taxos effossam terram ex domicilijs euehere apud recētiores legitur: castores ex lignis quoq; casas artificiosè extruunt.

Lupus contra magna armēta dimicaturus, ventrem terra explere dicitur, vt ponderosus non facilè excutiatur: visus est etiam frondes quas ore gestauit, capris porrexisse, hocq; modo inescasse: Idem minores pecudes auricula comprehensa secum currendo abducit, & renitentium clunes cauda ferit.

Pantheram cū venatur, sese abscondere ferunt, & odore suo belluas illectas inuadere.

Hyæna vomitionem hominis imitando, canes capit, Arist. Plinius.

Vulpes in terram abiecta, mortuamq; se simulans, aduolantes aues hianti rictu captat:

eadem erinaceum conuolutum vrina sua suffocat: pisces quoq; astutè ex ripis cauda illaqueat: vespas præterea caudæ villo implicitas, ad obuias arbores aut muros excussas, obterit & deuorat.

Echinus vindemiæ tempore vites subit, pedibusq; botrorum acinos in terram decutit, quos ibidem volutatus vndiq; spinis confixos excipit, Plutarch.

Crocodilus cum fame stimulatur haustas vndas in semitas euomit, vt homines aquatum egredientes, in lubrica via labantur, & facilius abs se corripiãtur: vide prouerb. Crocodili lachrimæ.

In transeundis fluminibus nonnullorum industria.

Lupi caudis mordicus mutuò comprehensis, fluuios tranant: faciunt idem mures caspij, ne impetu fluminum abripiantur: elephãti minimos præmittunt, ne maiorum ingressu atterente alueum, gurgitis altitudo crescat, vtq;

vtq; contra insequentes hostes à tergo sese mu
niant, matres verò lactentes pullos promusci
de aut dentibus ferunt: ijdem cum fossas tran
silire nequeunt, qui cæteris robustior est in
fossam se demittit, & per tergum transuer-
sus gradientes pontis loco suffert, cæteri dein-
de seruati promuscide & sarmentis, eum qui
in fossa seruierat, extrahunt.

Mures mutuas caudas mordicus tenentes
in aquas lapsos subtrahunt.

Sciurus fluuium traijciens, assere vel cor-
tice pro naui vtitur, & cauda pro velo.

Vulpem frigore concreta flumina transeũ
tem obseruatum est, aure ad glaciem apposi-
ta, coniectasse craßitudinem gelu.

Asini pontes non transeunt per raritatem
eorum translucentibus fluuijs.

Visa est mustela continuatis saltibus flu-
uium Limagum transisse, & non esse demer-
sa: Gesn.

Nonnullorum in uenatione industria.

Castorem in fuga genitalia mordicus auellere, alij negant, alij affirmant.

Leo cum à venatoribus quæritur, sua vestigia cauda obducit.

Canem insectantem, vulpes cauda hac et illac, per ipsius rictum ducta, eludit.

Elephanti à venatoribus fossis aut foueis dolo intercepti, ab alijs congestis syluis, et iniectis saxis, fouea expleta recipiuntur: ijdem cum fugiunt, aut pugnant cum venatoribus, infirmos aut fessos in medium agmen recipiunt.

De alce ferunt quod à venatoribus agitata ad aquas confugiat, easq; frigidas ore haustas, feruidas denuò in canes eructet.

Hyænæ vmbræ contactu canes obmutescere tradunt, Plinius.

Hystrix mißiles iacit aculeos: idem mantichora bellua Indiæ facere legitur.

Elephanti & ursi *cadauera sui generis sepeliunt. Tzezes. Elephanti iussa faciunt: eosdem nutricis omnia munia circa puerum obijsse compertum est, literas verò Græcas & lati-*

latinas didicisse, & in tabula scripsisse, authores sunt, Plin. & AElian. Ab iisdem hominum adulteria punita esse constat: saltationes discunt & funibus inambulant: mira sagacitate vestigia hominum explorant: à patrio solo abstracti, uberrimis lachrimis dolorem suum testantur.

Leones, pantheræ & sæuissima quæque, hominis auxilium in maximis periculis implorare leguntur.

Homines à leonibus in speculus blãdè nutritos esse, historiæ testantur.

Simiæ omnia hominum opera imitantur: eædem piper apud Indos magno hominum emolumento congerunt.

Cynocephalus duobus anni æquinoctiis duodecies tam die quàm noctu, mingit & latrat.

Hircus gregem barbæ fiducia antecedit.

Parentes suos *ætate grandes nutriunt, elephanti, glires, leones, rupicapræ & aliæ capræ syluestres, taxi, &c.*

Simiuulpa utero exteriore magnæ crume-

me similem habet loculum, quo recens natos filios circumfert, donec sibi victũ per se quærere didicerint, Petrus Martyr.

SEQVVNTVR DIFFERENTIÆ totius à dissentaneis desumptæ.

Animalia quæ naturali odio inter se dissident.

Crocodilus infestos habet ichneumonem, delphinum genus in Nilo, cercopithecum, accipitres, bubalum.

Ichneumon cum aspide inimicitias gerit, cercopithecus cum simia: simia cum testudine vel limace: testudo cum perdice, vipera et serpente: serpentes cũ buteone, ceruis, rubeta, mustelis, suibus, murib. & lacertis: lacerti cũ rubeta & cochleis, mustelæ cum cornice & suibus: mures cum felibus, mustelis, viperis, vulpe, accipitre & nocturnis auibus.

Chamæleonti cum serpentibus, ceruis & acci-

accipitre pugna est. Circus, accipiter, æsalo, Nili angues, miluus, lupus, vulpi aduersantur: lupus ouibus & tarandis. Oues etiam mortuæ mortuum lupum expauescunt, nam ouina tympana coram lupinis penè obmutescunt, & ouina pellis cum lupina iuncta pilos amittit.

Lupus, camel⁹, vrsus et suilla omnia, naturali odio aduersantur equis, quidā his struthio camelum addunt. Aristoteles & Plinius, anthum auem quæ equorum hinnitus imitatur. Vestigia lupi calcata equis afferunt torporem.

Lupus echinum metuit, eidem maximè aduersus leo, adeò vt corium leonis cum corio lupi positum, ipsum depilet.

Leoni dissidium est cum scorpione quem mirè fugit, item cum leontophono, muribus, thôe, monocerote, & gallis qui leonibus maximo sunt terrori.

Scorpio stellionem hostiliter odit. Capitale odium muribus & catis.

Hyæna, mus araneus, hominis craneum,

& gallinaceus aduersantur: si hyænæ et pardalis pelles cõmiscentur, pardalina pilos amittit.

Elephanti formidant hircum, porcũ, mures & dracones.

Coruus infestus est tauro & asino: asinus etiam colotam inimicam habet.

Sorices & ardeolæ fœtibus inuicem aduersantur.

Basilisco serpentium venenatißimo, mustelarum virus exitio est.

Lepus omnium prædæ nascitur.

Herbæ animantibus exitiales aut aliàs aduersæ.

Adamantis herba leonibus est aduersa.

Aconitũ lycoctonõ omne animal occidit, alij addũt omne animal quod cæcũ nascitur.

Apocymum canes & omnes quadrupedes necat in cibo datum.

Allium mustelæ & pantheræ aduersum.

Herba quam nostri anserinum pedem uocant

cant, suibus venenosa est.

Cicuta herba ab asinis depasta in Tuscia, grauißimũ illis soporem inducit, adeò ut mortui videantur.

Conyzam edentes capræ moriuntur.

Crocodilus terrestris crocum timet, vnde quidam eum dictum autumant.

Chamæleõ albus canes, sues, mures, elleborus niger, equos, boues, sues, occidit.

Hyoscyamo poto sues insaniunt.

Potomageton herba crocodilis cõtraria.

Rhododaphne flores et folia, mulis, asinis, capris, canibus & quadrupedum plurimis: sabina capris & ouibus, scrophularia suillo generi, mandragoræ mala vrsis venena sunt.

Squillæ contactu lupus torpet.

Vulpes, aiunt, si ederint amygdalas amaras nec superbiberint, mori.

Fimum gallinæ à boue inter pabula sumptum bouem enecat.

Sequuntur aliæ quædam contrariæ affectiones.

Veste rubea boues efferantur.

Pennæ rubræ aspectu terrentur cerui.

Vrsus & leones mappa proritat.

Candida ueste elephanti efferantur: eadem suibus feris & domesticis est aduersa.

Ignem formidant, Elephanti, leones, lupi, asini, leonem etiam rotarum orbes circumacti, terrent.

Mures aranei orbitam si transiêre moriũtur, Plinius.

Ichneumon à vento admodum sibi timet.

Tympani sonitu vrsi & lupi fugantur. lupi etiam lapidum collisionem timent.

Tigrem dicunt si tympanorum sono obstrepatur insanire, seq; ipsam discerpere.

A morbis.

Angina morbus iuuencas necat, & sues.

Alopecia morbus vulpium.

Asthma in equis incurabile.

Comitiali morbo infestantur: capræ, oues, equi,

equi: cati. Alces.

Crithiasis morbus equorum. latine hordeatio.

Coriago pestis bubuli generis & equorum.

Dracunculus vermis equos vexat, item dysuria.

Elephantiasis morbus boum & equorum.

Febri tentantur. equi, leones, boues, oues & capræ semper: mulus raro: patuit ceruos nunquam febrescere: Solinus.

Ficus & frenes morbus equorum, quorũ hic intra duas horas aliquando occidit.

Hernia ex calcitratu equos occidit.

Ignis sacer oues.

Malus pestis cuius multæ species ... tio numerantur, bobus, equis, & asinis exitialis.

Pestis accidit lanigero maxime pecori.

Scabies equis mortifera.

Tußis sues, equos, & oues angit.

Vuulæ, alij viuulæ equos occidunt (nostri fyfel.)

Tres acutissimi morbi equis & alijs quib. solidæ sunt vngulæ, accidunt: vesica, conuersio intestinorum quæ ileos uocatur & cardiacus: Hierocles.

Oues & capræ nunquam sanæ sunt, semperq; febri obnoxiæ.

SEQVVNTVR DIFFERENtiæ partium, & primum animi, ab adiunctis desumptæ.

Cicura. Perpetuo mansueta *sunt συνανθρωπίζοντα, vt ouis, bos, equus, canis, &c.*

Indomita. Perpetuo fera, *hyæna, et quædā congenera, catoblepa, bison albus Scoticus, castor, monoceros, gulo, quædam murium genera, lamia, aper, lauzanum, vncia, crocodilus, chamæleon.*

Semifera. Mediæ naturæ *inter fera & mansueta sunt, cuniculi, lepores, mustelæ, putorius, genetha, bubalus vulgaris, sciurus, simiæ Prasianæ, erinacei: Plinius etiam glires inter semifera numerat.*

Ex feris et semiferis cicurātur, mus alpin⁹,

imiu

tinus noricus, alpheth, ceruus, elephanti ita ut mansuetißimi fiãt, boues feri, præter bisontẽ, equi feri, viuerræ, zibethus, lutra, tarandus, martes, putorius, camelopardalis, moschi capreolus, onagri, meles, simiæ, sciuri, lepores ichneumon, ibices, capreoli præterea & capræ quædam syluestres.

Raro & difficilimè cicurantur, monocerotes non nisi adhuc pulli. vrsi, pantheræ, leones, tygrides, lupi, lynces, quæ tamen feritatẽ nunquam prorsus exuunt.

Rabie efferantur *canes, cameli, lupi, &c. & quibus dentes serrati.*

Gregalia sunt, *timida ferè omnia, cerui, oues, onagri, equi, sues, apri, elephãti. Castores gregatim lignatũ exeũt: gulo gregatim exit ad prædam: reliqua quæ ex præda viuunt pleraq; solivaga sunt, vt vrsi, leones. Armenta mille tarandorum simul in syluis cõspiciuntur. Ex oviparis congregabiles sunt, ranæ, crocodili, lacerti aquatici & rubetæ aquaticæ. Lacerti compares incedunt: Plinius.*

Fortia & animosa sunt *animalia quorũ*

sanguis crassus & fibris refertus est: contra quorum sanguis dilutior & sine fibris timida sunt, Aristoteles.

Mares in omni genere animantium fortiores sunt præterquam in pantheris & vrsis, Aristoteles & Plin.

Timida sunt, *cuniculus, lepus, axis, pœphagus, chamæleon, oues, capræ, onagri, damæ, capreæ, rupicapræ, equus, sus, dorcus platyceros, mustelæ, & in summa quæcunque malefica, vt mures, &c. cum suis singula generibus.*

Aurita animalia omnia sunt timida.

Crocodilus fugax animal audaci, audacissimum timido.

Iustitia, *liberalitas & clementia, tribuuntur leoni & elephanti, vltimum etiam cani.*

φιλάνθρωπα *sunt equus & elephantus, qui lachrimis dolorem in dominorum suorum funere sunt testati: elephantos mulieris forma captos constat. Canum in dominos fidei multa sunt exempla. Lacerti quoque virides homi-*

ni sunt beneuoli. Vnicornum aiunt ipsas puellas adeò venerari, vt ipsis visis mansuescat: alioquin ferus & indomitus.

Thôes hominem diligunt neq; offendunt, Aristoteles.

Puellam ab vrso adamatam quidam affirmant.

Ingenio & memoria *valent quæ sequuntur. Elephanto belluarum nulla prudentior. Cicero: elephantus proximum est animal humanis sensibus, Plinius.*

Iniuriæ illatæ sunt memores, elephanti, canes, boues, simiæ, leones, equi, cameli, hæc eadem in benefactores suos sunt grata, pantheræ.

Quæ genitores suos senes alant, vide supra in loco effectorum.

Viam quam ingressus est asinus meminit.

Ceruos & lepores alij inter ingeniosa, alij inter simplicia referunt.

Ad omnia sunt dociles, elephanti, simiæ, canes: elephanti genibus summißis regibus aliquando supplicia fuerunt: est illis quoq; re-

ligio syderum, Plinius.

Equos & boues saltationes didicisse constat.

Hyæna vocem humanam imitari fertur.

Ptolemæus secundus ceruum ad Græcum sermonem assuefecerat, Ælian.

Susiæ boues numerandi scientiam tenere existimantur.

Indicum sermonem intelligunt cynocephali.

Reliqua vide suprà inter effecta totius.

Malignè astuta *sunt, q̃ sunt angustis oculis uel pupillis, vt mustelæ, ichneumon, catus, simiæ, vulpes, stellio, lutra, crocodilus, mures, lupi, lynces, castor, vrsi, cricetus, erinacei, hyænæ, chamæleon, hæc omnia sunt etiam mordacia.*

Simplicia & stolida *bos, alces, ceruus, ouis, asinus, sues.*

Superba, *equus, catus, hircus: elephanti gaudent phaleris argenteis.*

Zelotypa, *riualē ferre nō possunt hirci, onagri,*

onagri, vide suprà quæ coniugij lege degant.

Presaga, mustelæ & mures domum ruituram præsentientes paulò ante migrant.

Canes, boues, sues et capræ, impendentem pestem, terræmotum, et frugum fertilitatem præsentiunt.

Oryx caniculæ stellæ exortum præscire ab Ægyptijs creditur: idem de Lybicis capris perhibetur.

Erinacei mutationem aquilonis in austrũ condentes se in cubile præsagiunt: mures quoq; alpini tempestates designant, pluuia impendẽte somnum petunt, serenitate instante ludis indulgent.

Cynocephali lunæ ecclipsim præsentiunt: idem animal Solis & Lunæ coniunctionis tẽpus cognoscit, & tunc mirè afficitur.

Tempestatum præscia sunt, bos, lepus, sciurus.

Ranæ aquaticæ & terrestres pluuiam denunciant.

Testudines, cancri & crocodili futuram Nili innundationem præsentiunt: fibri eti-

am fluminum in quorum posuere cubilia.

Natura *plærisq; animantibus sobolis amorem ingenerauit, sed fœtus suos præcipuè amant, leones, lynces, pardales, tigrides, elephanti, lupi, onagri, mustelæ, capræ syluestres, quarum affectus Oppianus mirè exprimit.*

Simiæ fœtus complexu suo præ amore interdum enecant: admirabilis quoq; echini pro catulis prouidentia.

Ex mansuetis fœtus suos mirè amant, uaccæ & equæ, in grege armenti reliquæ fœtæ (equæ) educant orbum.

Asini per ignes ad fœtus tendunt.

Lamia nullo in suos fœtus est affectu.

SEQVVNTVR DIFFERENTIÆ TOTIUS CORPORIS AB ADIUNCTIS DESUMPTÆ.

Corpus subiectum est qualitatis & quantitatis.

A qua-

A qualitate.

Olida & *fœtida sunt. lamia, mustelarū genus omne ira incitatum graue quiddam olet, maximè tamen putorius, hystrix, cuniculi, lutra, castor, hirci, vulpes, cati, mus alpinus, mus araneus.*

Odorata, *solas animalium pantheras odoratas esse apud veteres legitur, sed hodie zibethi & moschi animalia odorata reperiuntur, at pantheræ non homini sed animalibus cæteris benè olent.*

Venenata *sunt. catoblepa, ranæ rubetæ, calamites, lacertarum genera, rana fossilis, mustelæ, mus araneus, leontophonon.*

Lacertus dissectus partibus suis iterum coit.

Homo *quem lupi Italici priores viderūt vocem amittit.*

Bitis si à muliere aspiciatur extemplo eā in morbum adducit.

Hyænæ vmbræ contactu canes obmutescere tradunt.

Vncia animal sæuissimum, cum libidine feruens aliquem sauciauerit, mures ad saucium conueniunt & permingunt, & ita saucius moritur.

Temperamento *calido et sicco, canes, leones, vulpes, mustelæ, cerui, cati, apri, qui igneæ sunt naturæ, onagri, asini, leopardi, cameli, equi.*

Leporem alij calido & sicco, alij frigido & sicco faciunt.

Calido & humido tēperamento sus, mus.

Frigido & sicco boues, elephāti, lupes, canes, lutræ.

Frigido: simiæ. Frigido & humido vrsus, salamādra. Temperamento prauo testudines.

Syluestria eadem qua vrbana temperie sunt, sed sicciora & calidiora, raparium omnium carnes declinant ad siccitatem.

Robusta: *onagri Indici, bubulum genus, cameli, elephanti, pantheræ, leones, tigrides, hirci. ex canum genere quidam tam robusti sunt, vt frangant tauros & leones.*

Frigoris *impatientes sunt oues, capræ,*

elephanti,

elephanti, sues, asini, muli.

Frigoris *præ cæteris patientes, vrsi, uaccæ, salamandræ, ibices.*

Quæ ταλαίεργα. *vide in effectis.*

Monstrosa *sunt manticbora, lamia & hystricis species: deformes vrsi. Inspice vltimum de his locum.*

Muta *sunt. talpa, rubetæ genus terrestre, crocodilus. Ranas in Cyrena aiunt planè mutas esse. Aristoteles. idem de seriphijs, Plinius.*

Cætera sunt vocalia.

A quantitate.

Magna *& vasta animalia sunt. elephanti, cameli, bubulũ genus, equi, vrsi, crocodili, quæ duo tam diu crescere quidam autumant, quam diu viuunt, monoceros, mulus, hinnus, testudinum genus in India, longè omniũ maximũ. Neades bestiæ olim in Samo, pœphagus.*

Lacertus insolitæ magnitudinis Lutetiæ in palatio pendet.

Leonem, lupum, canes, pantherã, lynces, castorem, & alia quædam, vt oues, capras, etc. non rectè magnis nec etiam paruis annumeraueris, quæ si comparaueris cũ maximis parua sunt: si cum minimis magna.

Parua: *genetha, vulpes, lepus, cuniculus, catus, simia, mus alpinus, meles.*

Exigua *& minima: mures, mustelæ, lacerti, chamæleontes, ranæ, &c.*

Sed harum omnium differentias quære in loco comparatorum, ad quem etiam aliquo modo referri possunt.

Ricinus *nunquam in iumentis gignitur in bubus crebro.*

Pilos habentium asinum tantum & oues immunes pediculis credunt, Plin. alij & capras addunt. Nec pulices in ouium & caprarum genere gigni traduntur.

SEQVVNTVR COMPARATA, & primum qualitatis.

Vnius. Frigidior *plaga asperos & truces lupos, Africa*

Africa & AEgyptus inertes & paruos gignit.

Duorum sub eodem genere.

Hyæna lupo similis, tarandus ceruo, scincus lacerto, gazellæ capreolis planè similes, lutra castori si caudam adimas, furunculus putorio, marinæ testudines terrestrib. præter magnitudinem et pedes: chamæleon figura totius corporis lacertam planè repræsentat, tragelaph⁹ cerui specie: paruis lacertis similis stellio, mus auellanarũ ratto, strepsiceros oui si cornua demas, mus aquaticus ratto, moschus capreolo per omnia, nisi quod supra binos & totidem infrà dentes habet, mulus asinum refert, vrus bouem nigrum, lupus marinus terrestrem, capreæ capras syluestres, si cornua demas, mus alpinus murem: sciurus à vario colore tãtum differt: zibethi feli persimilis: cati syluestres domesticis. salamandra lacertis: zobella martem refert. Figura.

Rattorum *caro calidior est quàm murium minorum.* Temperamentum.

Lupi caro frigidior carne canis.

Syluestria eadem qua vrbana temperie sunt, sed sicciora & calidiora.

Comparatio qualitatis, duorum aut plurium in diuersis generibus.

Omnia ferè sæua animalia feli similia sunt: vt lynces, pantheræ, pardi, &c.

Figura. *Ichneumō melem refert, alij scribunt eum specie muris: monoceros pulli equini, catoblepa Lybica fera, tauri vel vituli, felis leænæ, rhinocerotes tauri forma sunt. Simiarum genus omne humani corporis speciem aliquo modo refert: leopardus leoni est similis capite & membrorum forma, burdo equo. Mauritania mustelas alit felibus similes. In Calechuto Indiæ regione animalia serpentibus similia nisi quod quadrupeda: cricetus paruū alioquin animal, vrsum refert. mus Panonicus mustelā.*

Temperamentum. Leonina *caro cæteris calidior.*

Bos temperamēto quàm sus multo sicciore.

Canis

Canis animal est temperamenti calidi & sicci, si ipsum per se consideres, si ad hominem coferas siccus est: si ad formicam humidus. Rursus hominis respectu calidus est, leonis frigidus. Galenus.

Comparatio quantitatis, & primum unius.

Fœmina axis mare minor est. Vnius secundum sexum.

Elephanti mares fœminis maiores & excelsiores.

Mulæ maiores quàm mares.

Rana aquatica innoxia fœmina, mare maior.

Inter ouipara fœminæ maiores sunt maribus. inter viuipara contra.

Vrsi *et parui & magni. glis maior & minor. lynces maiores & minores. Elephas maior & minor. Ranæ virides maiores & minores, murium alij magni, alij mediocres, alij parui.*

Lepores *in Ægypto minores quàm in Græcia sunt. Arist. item vulpes.*

Vnius secundum regionem

Africa & AEgyptus paruos lupos gignunt.

Testudinum genus in India longè maximum.

Maior Indicis elephantis magnitudo est quàm Afris.

Sciurus Getulus paulò minor uulgari sciuro.

Albani et Indici canes, inusitatæ sunt magnitudinis.

Tigres in India maximi equi magnitudine.

In oriente mures sunt vulpium magnitudine. Alb.

Elephantis Indicis magnitudo maior est quàm Afris.

Oues Indiæ et capras ad maximorum magnitudinem asinorum audio accedere, AElianus.

In Calechuto Indiæ regione lacertorum genus aprorum magnitudine.

In Galliæ quibusdam partibus, lacertos catulorũ canis magnitudine reperiri; fama est.

Maximorum equorum magnitudine Caspiæ,

spiæ capræ: Ælianus. Idem capras feras in Libycis montibus ad boum magnitudinem accedere scribit.

In Tartariæ regione arietes non minores asinis sunt: Paulus Ven.

Sunt apud Indos boues, qui maximos hircos magnitudine non superare videntur.

Bubus Indicis camelorum altitudo, Plin.

Pari *magnitudine sunt Gazella et rupicapra, dama & capra, rattus & mus auellanarum, strepsiceros & ouis, oryx et hircus, noërza & martes, sciurus & varius, hermela & glis, ictis magnitudine melitensis canis: Ægyptij mures pares sunt alpinis, Plinius.*

Cuniculus *lepore minor, vormella minor quàm viuerra; porcellus Indicus quàm cuniculus, hinnus quàm mulus. Lynces nostræ lupis minores sunt.* Duorum sub eodē genere.

Mus agrestis non multo minor ratto.

Zobella marte minor. Putorius aliquanto maior domestica mustela; syluestri verò marte minor.

Glis maior sciuro, platyceros caprea, tragelaphus ceruo, lacertus viridis duplo maior vulgari, rattus quadruplo ferè maior mure, cricetus & viuerra paulò maiores quàm domestica mustela. Cati syluestres maiores sunt domesticis, bubali vulgares maiores boue cõmuni. Salamandra craßior lacerto vulgari.

Mus *araneus murium generis minimus. Bonasum boum ferorum omnium longè maximum veteres faciunt.*

Comparatio quantitatis duorum aut plurium sub diuersis generibus.

Plurium sub. eodẽ genere.

Pari magnitudine sunt. Gulo & canis; martes & felis, (martes tamen fele paulò est longior.) vulpes et canis, meles & canis mediocris, cepus et dorcas, monoceros et equus. musmon & mediocris ceruus, tatus & mediocris porcellus, (alij tatũ vulpi comparãt) leem vel lemer Norduegiæ pestis et sorex, rhi

noceros

noceros & elephantus, ichneumon & felis, chamæleon & crocodilus terrestris.

Mauritania mustelas alit felibus pares ac similes. Strabo.

Leucrocuta asini ferè magnitudine est. Plinius. alij legunt asini feri, id est, onagri.

Hystrix et papio paulò minores sunt quàm lupus: leopardus quàm leo, bubalus quàm dorcas platyceros.

Genetha maior est vulpecula, cricetus paulò maior domestica mustela. Zibethi maior fele, corpus etiam lutræ latius & longius fele. Pœphagus equi magnitudinem duplo excedit.

Elephātus omnium animalium maximus & robustissimus.

Camelus inter bisulca maximum.

Caprea minima est inter cornigera quæ explorata habemus. Aristoteles.

Bubalus magnitudine inter ceruum & capreolum: gulo inter vulpem & lupū, alce inter camelum & ceruū, κόλος inter ceruū et

arietem, mus alpinus inter cuniculum & leporem.

SEQVVNTVR DIFFERENTIÆ *totius corporis ab effectis desumptæ.*

Huc progreßiuus motus & vox.

Ab incensu.

Omnia *quadrupeda gradiuntur.*

Bipedes *& erecto corpore non rarò incedunt vrsi, mures alpini, cricetus: sunt mures qui bipedes ambulant: Aristoteles.*

Lacertus aquaticus ira incitatus rectis pedibus insistit.

Simiarum genera omnia stant, sedent, incedunt vt homines.

Arborem *auersi derepunt vrsi: imitantur in eo homines.*

Pedatim *incedunt, leones, cameli (κατὰ σκέλος)*

Sa-

Saliunt *magis quàm currant, lepores, ranæ, ibices, rupicapræ.*

Elephas *poplites intus flectit hominis modo, cætera animalia diuersum. Plinius. Aristoteles. Sed & lacertis priora genua post curuantur, posteriora antrorsum: vrsis præterea & simiarum generi contraria sunt genua.*

Velocia.

Timida pleraq; velocitate valent, & quibus longa & gracilia crura.

Velocißimo cursu ualent, Sniackij animal apud Moscouitos, tigres, tarandi, asini Reatini adeò vt volare videantur, onagri, cerui, musmones, tauri Æthiopici, & omnes tauriferi, ibices, rupicapræ, cynocephali, satyri, monocerotes, capreæ, leucrocuta, alce, cameli, κόλ&, panthera, thôes, canes, equi, hyænæ, lynces, leones, elephanti, lupi, lepores, etc. Hæc diuerso respectu ad locum adiunctorum quoq; referri possunt.

Tardigrada.

Tardus incessus & piger, bobus, asinis, lacertis aquaticis, crocodilis, testudinum generibus, chamæleonti, salamandræ, & omnibus quibus breuia & compacta crura, aut genua contraria.

Natatilia *sunt amphibia omnia, reliqua se in aquas, non nisi refrigerandi gratia, immittunt.*

Testudines *supinæ sese inuertere nequeunt.*

A uoce.

Fortia *animalia vocem grauem edunt, vt leo, bos, &c.*

Timidis *vox plerunq; acuta, vt lepori, murium generi, mustelis, canibus.*

Mures alpini vocem argutæ fistulæ similẽ edunt.

Voce argutissima rubetæ genus paruum.

Sibila *emittunt vt dracones lamiæ: sibilum per exiguum & abruptum testudines.*

Ganniunt vulpes & blandè immurmurant: latrando & vlulando canes etiam imitantur.

Vox terribilis neadibus, obscœna & dira catis, & monoceroti.

Voces catis pro vario animi affectu variæ.

Ouium vox mollis & remissa: μαλακὴ ἄτονος.

Hyænam tradunt inter pastorum stabula, nomen alicuius aßiduò auditu addiscere. Plin. Crocutæ quoque & leucrocutæ, mantichoræ & sphinges hominum sermones imitari traduntur.

Ælianus cynocephalos vlulare tantum scribit.

De minoribus feris, vt sunt vulpes, thôes & lupi ὑλακτεῖν & ὠρύεσθαι *dicitur. Pollux.*

Sunt singulis animantium voces propriæ ad venereum coitum.

De varijs animantium vocibus lege authorem philomelæ, quæ proprij quasi effectus appellari possunt. vt mugire boum, hinnire equorum: vel etiam inter locum adiunctorum (secundum Ramum) rectè referentur.

SEQVVNTVR DIFFERNtiæ à partibus animalium externis.

Quod de partibus animalium dicturus, nō quas habent tantum, sed interdum quas non habent, enumero: feci propterea, ne dum omnes partes persequerer, nimis essem prolixus. Cornigera. Quæ iure cornua intelligantur quadrupedi tantum generi data, Plinius.

Bisulcis plærisq; natura cornua affixit, solipeda cornibus carent, præter onagrum Indicum qui singulare cornu gerit.

Nullus qui superne primores habent dentes cornua sunt: cornutos tamen asinos apud Afros reperiri, Herodotus; apud Scythas, AElianus testis est. Plinius apros Indorum cornu-

cornutos esse scribit: Agatharsides sues in Æthiopia.

Boues Scythici propter maximum frigus cornibus carent.

Caspiæ etiam capræ cornibus sunt mutilæ, Ælianus.

Ceruæ & capreæ fœminæ cornibus carent.

Elephantorum dentes plures inter cornua numerant.

Ex simiarum genere cornigeri sunt panes & satyri.

Auriculis *carent talpa & mus citellus: Branchias habet cordula.*

Oculorum cilicia non *habēt lepores: quæ vtrinq; aut altera tantum parte habeāt, quære in partium subiecto.*

Palpebræ *nulli animantium nisi cui in reliquo corpore pili.*

Oculos *habent omnes, talpæ quoq; etsi minimos.*

Dentes *habent omnes, tantum in chamæleonte dentium & gingiuarum loco, os*

continuum, suprà infraq́ labra ambiens serratum.

Testudo quoq; marina dentibus caret. Plinius.

Linguas *habent omnes, præter testudinem marinam.*

Proboscis *in elephante.*

Cortice *teguntur lacerti, crocodili, chamæleontes, tatus.*

Testa, *testudines.*

Cute *teguntur reliqua.*

Aculeos *& spinas habent hystrices & erinacei, quas Aristoteles loco pilorum existimandas esse scribit.*

Omnia ferè quadrupeda, eademq́; viuipara sunt pilosa. Aristoteles.

Squammas *castor, sed tantum in cauda, lamia toto corpore habet.*

Mammæ *datæ sunt ijs, quæ animal et intra se concipiunt & in lucem edunt: quæ mãmas habent, habent etiam lac.*

Ouipara mammis & lacte carent.

Equi mares etiam mammas habent, nonnulli tamen carent.

Sub

Sub cõmuni ventre simiuulpa instar marsupij habet aliam ventrem.

Folliculus in quo continetur moschus, est vmbilicus dorcadis peregrinæ, siue circa vmbilicum vesica.

Vngulas *habent equi, asini, onagri, muli, oues. Sed quæ vngulas aut digitos habeant, (ne toties omnia repetere sit molestum) pulchrè ex loco adiunctorum licebit colligere. ibi enim quæ solipeda, quæ item bisulca sint ostendemus, quibus perceptis, quæcunque erunt reliqua, inter digitata nullo labore referentur.*

Vngues *habent digitata omnia, excepto elephanto, cui digiti indiuisi & leuiter formati.*

Ex ouiparis rana & lacertus carent.

Talos *solipedum vnus asinus Indicus habet. Plinius.*

Talos solipeda et digitata non habent. Aristot. habere dicuntur cameli.

Bisulca animalia in posterioribus pedibus talos habent.

Leo tortuosum quiddam pro talo habet.

Linx tantū digitos habentium ſimile quiddam talo habet.

Sus etiam talo caret probiore.

Natibus *carent quadrupedes omnes.*

Caudæ *præter hominem & ſimias omnibus ferè animalibus. Plin. in ſimijs tamen caudæ ſunt initia. ſed & ranæ caudis carent.*

Quædam ſimiarum genera caudata ſunt, vt cepi, cercopitheci, ſatyri.

DIFFERENTIAE A PARtibus internis.

Sanguine *caret, verus ſtellio.*

Felle *carent omnia ſolipeda, excepto aſino Indico.*

Carent etiam ex biſulcis, cerui, capræ, apri, damæ, cameli: oues etiam in quibuſdam regionibus, vt in Ponto, & alibi felle carent. In regionibus perfrigidis hyeme carent: ineunte vere, felle implentur.

Inter digitata verò, murium alij fel habent, alij carent.

Elephanto iecur sine felle.

Iecur *nullis nisi sanguinem habentibus.*

Vesica *nulli oua gignẽtium præterquam testudini.*

Pulmonem *pauca habent aquatica, et cætera ouipara exiguum.*

Lienem *conspicuum chamæleon nusquã continet.*

Renes *habent omnia quadrupedum quæ animal generant: oua parientium testudo sola. quæ & alia omnia viscera: testudo tamen quam lutariam vocant, & vesica & renibus caret.*

Coagulum *soli lepori ex ijs quæ vnum ventrem habent: aliâs coagulum habent omnia ruminantia.*

Medulla *nulla est vrsis.*

Seuum *propriè ruminantia habent cætera adipem. Equus non seuum habet sed pinguedinem: Hyerocles.*

Axungia *& laridum sunt in animalibus non cornigeris, quorum quatuor dẽtes vt plurimum prominẽt, vt vrsis, canibus, gliribus, &c.*

Reliquas partes, quæ indifferenter sunt omnium, consulto prætermisi.

DIFFERENTIAE EX SVBIE-
ctis, id est, situ partium.

Cornua *in capite gerunt omnia, præter monocerotem, onagrum, & orygem. Cornu rhinoceroti è narib. prominet. Aelian. Aonios boues cornu in media frõte gerere scribit.*

Pilis *in palpebris inferioribus carent equi & quadrupeda viuipara. Cilium tamen in vtrisq; palpebris habent simiæ.*

Quadrupeda ouipara palpebras inferiores tantum habent, sine vlla nictatione: lacertus tamen palpebras vtrinq; habet. Quadrupedi in superioribus tantum genæ.

Oculis *profundis et cauis sues, simiæ, chamæleontes, nõnihil cauis leones. Oculis prominentibus, lynces, mures alpini & mures auellanarum.*

Chamæleontis oculos circumagi totos tradnut. Plinius.

Nares *non alij animalium quàm homini & cercopitheco eminent.*

Dentium *superiore ordine carent (id est primoribus quatuor) quæ cornigera sunt et ruminant. Camelus vna ex ijs quæ cornigera nō sunt, in superiore maxilla, primores dentes nō habet.*

Vtrinq; dentati, canes, equi, solipeda & digitata plæraq;, ex bisulcis verò sus & ceruus.

Dentibus exertis mures, sciuri, fiber, lutra, glires, et murium generis omnia, moschi capreolus, verres, aper, elephantus, crocodilus, hystrix. Dentes bini prominentes porcello Indico.

Nulli cui cornua, dentes exerti, nullis item exerti quibus serrati. Sed quibus serrati, quære in sequenti loco.

Terrestrium minimis quadrupedibus dentes primores bini vtrinq; longißimi. Plinius Mustelæ non habent primores longos, sed breues.

Dentes exerti talpæ & elephanto à superiore deorsum.

Continui aut vtraq; parte oris sunt, vt equis, aut superiore primores non sunt, vt bubus, ouibus, & cæteris quæ ruminant.

Lingua *crocodilis tota adhæret, ranis prima cohæret, intima absoluta à gutture, quæ vocem mittunt.*

Mammas *inter armos habet, elephas: in pectore simiæ, lynces. Libycorum capræ ex pectore vbera appensa habent. Ælian.*

Mammæ inter femina, ouibus, bobus, capris, equis, ceruis, camelis. Animal cui pedes in digitos discreti sunt, mammas inter femora non habet. Aristoteles.

Mammas in ventre habent, canes, sues, leænæ, pantheræ: & quæ numeroso sunt partu & digitata.

Crura *à latere adiuncta habent, quadrupeda ouipara quæ cauernas subeunt.*

Testes *intus lumbis annexos habent, sues, erinacei, elephanti, crocodili, testudines, & omnia ouipara.*

Testes pecori armentoq; ad crura decidui.

Auersæ

Auersa genitalia habent, cuniculi, leones, lepores, lynces, tigrides, cameli, elephanti, & omnia quibus auersus coitus.

Vnguium *mucrones in digitorum vaginas condunt, leones, pardi, pantheræ, cati, felis zibethi.*

Carnem *chamæleon nusquam habet nisi in capite & maxillis: Sanguinem tantum in oculis, in corde, & quibusdam ex eo nascentibus venulis.*

Sunt qui ranam præterquam in oculis sanguinem habere negent.

Cor *animalibus in medio pectore.*

Sunt *qui fel equo non in iecore sed aluo, et ceruo in cauda & intestinis putent esse. Plin.*

DIFFERENTIAE AB ADiunctis partium externarum.

A qualitate primum, deinde à quantitate.

Caput *vrso & pecori inualidissimum.*

leoni & tauro robuſtiſsimum. Capite rotun do, mus agreſtis, caſtor: paruo caſtor, lynces, ibices: magno elephas, ſalamandra, mus agre ſtis: capite oblongo ichneumon & quibus roſtrum.

Cornuum *vnguium & vngularum colores, cutis pilorúmque colorem ſequuntur. Ariſtoteles.*

Cornibus robuſtis, tauri, oryges, ibices, & omne bubulum genus, maximè ſylueſtre.

Cornua rugoſa habent, ibices, rupicapræ, ſtrepſicerotes Angli, damæ. Rugarum ambitu, id eſt, ſpiris contorta habent, monoceros, ſtrepſiceros Creticus, capreolus. Cætera læuia habent.

Ramoſa habent cerui et congenera, capreoli, alces, &c.

Solida cornua ceruis tantum eſſe, reliquis omnib. caua & in mucrone tantum concreta, Ariſtoteles & Plinius ſcribunt. Sed experientia ipſa diuerſum docet, ſunt enim capreolis, alcibus, orygi, platyceroti, & rhinoceroti etiam ſolida. Monocerotis cornu alij ſolidum

dum esse scribunt, alij concauum pedem vnũ, vbi capiti committitur.

Cætera vacua & concaua cornua habent.

Mobilia cornua habent, AEthiopici, Erithræi, & Phrygij boues: Item eale.

Caduca habent, cerui, capreoli, camelopardalis, capreæ platycerotes. Plinius cornua capreis decidua esse negat, at Cœlius ex Pausania, vt ceruorum, sic dorcadum quoque cornua, decidere & renasci scribit.

Elephanti dentes qui cornua à nonnullis dicuntur, caduci & recidiui sunt.

Non decidunt castratis cornua, nec renascuntur. Plin. at venatores id non castratione, sed vitio accidere affirmant.

Cornua antrorsum vel in aduersum adunca, damis, bobus Indicis, & Garamanticis opistonomis, item Scotico boui fero.

Obliquè antrorsum spectant cornua bonasi: in dorsum adunca rupicapris, ibici, hirco, capris, camelopardali.

Modice adunca gazellæ.

Tardigrada.

Tardus incessus & piger, bobus, asinis, lacertis aquaticis, crocodilis, testudinum generibus, chamæleonti, salamandræ, & omnibus quibus breuia & compacta crura, aut genua contraria.

Natatilia *sunt amphibia omnia, reliquæ se in aquas, non nisi refrigerandi gratia, immittunt.*

Testudines *supinæ sese inuertere nequeunt.*

A uoce.

Fortia *animalia vocem grauem edunt, vt leo, bos, &c.*

Timidis *vox plærunq; acuta, vt lepori, murium generi, mustelis, canibus.*

Mures alpini vocem argutæ fistulæ similē edunt.

Voce argutißima rubetæ genus paruum.

Sibi-

Sibila *emittunt vt dracones lamiæ: sibilum per exiguum & abruptum testudines.*

Ganniunt vulpes & blandè immurmurant: latrando & vlulando canes etiam imitantur.

Vox terribilis neadibus, obscœna & dira catis, & monoceroti.

Voces catis pro vario animi affectu variæ.

Ouium vox mollis & remissa: Μαλακὴ ἄτονος.

Hyænam tradunt inter pastorum stabula, nomen alicuius aßiduo auditu addiscere. Plin. Crocutæ quoque & leucrocutæ, mantichoræ & sphinges hominum sermones imitari traduntur.

Ælianus cynocephalos vlulare tantum scribit.

De minoribus feris, vt sunt vulpes, thôes & lupi ὑλακτεῖν & ὠρύεσθαι *dicitur. Pollux.*

Sunt singulis animantium voces propriæ ad venereum coitum.

De varijs animantium vocibus lege authorem philomelæ, quæ proprij quasi effectus appellari possunt. vt mugire boum, hinnire equorum: vel etiam inter locum adiunctorum (secundum Ramum) rectè referentur.

SEQVVNTVR DIFFERNtiæ à partibus animalium externis.

Quod de partibus animalium dicturus, nō quas habent tantum, sed interdum quas non habent, enumero: feci propterea, ne dum omnes partes persequerer, nimis essem prolixus. Cornigera. *Quæ iure cornua intelligantur quadrupedi tantum generi data, Plinius.*

Bisulcis plerisq; natura cornua affixit, solipeda cornibus carent, præter onagrum Indicum qui singulare cornu gerit.

Nullus qui superne primores habent dentes cornua sunt: cornutos tamen asinos apud Afros reperiri, Herodotus, apud Scythas, Ælianus testis est. Plinius apros Indorum cornu-

cornutos esse scribit: Agatharsides sues in AEthiopia.

Boues Scythici propter maximum frigus cornibus carent.

Caspiæ etiam capræ cornibus sunt mutilæ, AElianus.

Ceruæ & capreæ fœminæ cornibus carent.

Elephantorum dentes plures inter cornua numerant.

Ex simiarum genere cornigeri sunt panes & satyri.

Auriculis *carent talpa & mus citellus: Branchias habet cordula.*

Oculorum cilicia non *habēt lepores: quæ vtrinq; aut altera tantum parte habeāt, quære in partium subiecto.*

Palpebræ *nulli animantium nisi cui in reliquo corpore pili.*

Oculos *habent omnes, talpæ quoq; etsi minimos.*

Dentes *habent omnes, tantum in chamæleonte dentium & gingiuarum loco, os*

continuum, suprà infraq; labra ambiens serratum.

.Testudo quoq; marina dentibus caret. Plinius.

Linguas *habent omnes, præter testudinem marinam.*

Proboscis *in elephante.*

Cortice *teguntur lacerti, crocodili, chamæleontes, tatus.*

Testa, *testudines.*

Cute *teguntur reliqua.*

Aculeos *& spinas habent hystrices & erinacei, quas Aristoteles loco pilorum existimandas esse scribit.*

Omnia ferè quadrupeda, eademq; viuipara sunt pilosa. Aristoteles.

Squammas *castor, sed tantum in cauda, lamia toto corpore habet.*

Mammæ *datæ sunt ijs, quæ animal et intra se concipiunt & in lucem edunt: quæ mãmas habent, habent etiam lac.*

Ouipara mammis & lacte carent.

.Equi mares etiam mammas habent, nonnulli tamen carent.

Sub cõmuni ventre simiuulpa instar mar supij habet aliam ventrem.

Folliculus in quo continetur moschus, est vmbilicus dorcadis peregrinæ, siue circa vmbilicum vesica.

Vngulas *habent equi, asini, onagri, muli, oues. Sed quæ vngulas aut digitos habeant, (ne toties omnia repetere sit molestum) pulchrè ex loco adiunctorum licebit colligere. ibi enim quæ solipeda, quæ item bisulca sint ostendemus, quibus perceptis, quæcunque erunt reliqua, inter digitata nullo labore referentur.*

Vngues *habent digitata omnia, excepto elephanto, cui digiti indiuisi & leuiter formati.*

Ex ouiparis rana & lacertus carent.

Talos *solipedum vnus asinus Indicus habet. Plinius.*

Talos solipeda et digitata non habent. Aristot. habere dicuntur cameli.

Bisulca animalia in posterioribus pedibus talos habent.

Leo tortuosum quiddam pro talo habet.

Linx tantū digitos habentium simile quiddam talo habet.

Sus etiam talo caret probiore.

Natibus *carent quadrupedes omnes.*

Caudæ *præter hominem & simias omnibus ferè animalibus. Plin. in simijs tamen caudæ sunt initia. sed & ranæ caudis carent.*

Quædam simiarum genera caudata sunt, vt cepi, cercopitheci, satyri.

DIFFERENTIAE A PARtibus internis.

Sanguine *caret, verus stellio.*

Felle *carent omnia solipeda, excepto asino Indico.*

Carent etiam ex bisulcis, cerui, capræ, apri, damæ, cameli: oues etiam in quibusdam regionibus, vt in Ponto, & alibi felle carent. In regionibus perfrigidis hyeme carent: ineūte vere, felle implentur.

Inter digitata verò, murium alij fel habent, alij carent.

Elephanto iecur ſine felle.

Iecur *nullis niſi ſanguinem habentibus.*

Veſica *nulli oua gignẽtium præterquam teſtudini.*

Pulmonem *pauca habent aquatica, et cætera ouipara exiguum.*

Lienem *conſpicuum chamæleon nuſquã continet.*

Renes *habent omnia quadrupedum quæ animal generant: oua parientium teſtudo ſola. quæ & alia omnia viſcera: teſtudo tamen quam lutariam vocant, & veſica & renibus caret.*

Coagulum *ſoli lepori ex ijs quæ vnum ventrem habent: aliâs coagulum habent omnia ruminantia.*

Medulla *nulla eſt vrſis.*

Seuum *propriè ruminantia habent cætera adipem. Equus non ſeuum habet ſed pinguedinem: Hyerocles.*

Axungia *& laridum ſunt in animalibus non cornigeris, quorum quatuor dẽtes vt plurimum prominẽt, vt vrſis, canibus, gliribus, &c.*

Reliquas partes, quæ indifferenter sunt omnium, consulto prætermisi.

DIFFERENTIAE EX SVBIEctis, id est, situ partium.

Cornua *in capite gerunt omnia, præter monocerotem, onagrum, & orygem. Cornu rhinoceroti è narib. prominet. Aelian. Aonios boues cornu in media frōte gerere scribit.*

Pilis *in palpebris inferioribus carent equi & quadrupeda viuipara. Cilium tamen in vtrisq; palpebris habent simiæ.*

Quadrupeda ouipara palpebras inferiores tantùm habent, sine vlla nictatione: lacertus tamen palpebras vtrinq; habet. Quadrupedi in superioribus tantum genæ.

Oculis *profundis et cauis sues, simiæ, chamæleontes, nōnihil cauis leones. Oculis prominentibus, lynces, mures alpini & mures auellanarum.*

Chamæleontis oculos circumagi totos tradnut. Plinius.

Na-

Nares *non alij animalium quàm homini & cercopitheco eminent.*

Dentium *superiore ordine carent (id est primoribus quatuor) quæ cornigera sunt et ruminant. Camelus vna ex ijs quæ cornigera nō sunt, in superiore maxilla, primores dentes nō habet.*

Vtrinq; dentati, canes, equi, solipeda & digitata pleraq;, ex bisulcis verò sus & ceruus.

Dentibus exertis mures, sciuri, fiber, lutra, glires, et murium generis omnia, moschi capreolus, verres, aper, elephantus, crocodilus, hystrix. Dentes bini prominentes porcello Indico.

Nulli cui cornua, dentes exerti, nullis item exerti quibus serrati. Sed quibus serrati, quære in sequenti loco.

Terrestrium minimis quadrupedibus dentes primores bini vtrinq; longissimi. Plinius Mustelæ non habent primores longos, sed breues.

Dentes exerti talpæ & elephanto à superiore deorsum.

Continui aut vtraq; parte oris sunt, vt equis, aut superiore primores non sunt, vt bubus, ouibus, & cæteris quæ ruminant.

Lingua *crocodilis tota adhæret, ranis prima cohæret, intima absoluta à gutture, quæ vocem mittunt.*

Mammas *inter armos habet, elephas: in pectore simiæ, lynces. Libycorum capræ ex pectore vbera appensa habent. Ælian.*

Mammæ inter femina, ouibus, bobus, capris, equis, ceruis, camelis. Animal cui pedes in digitos discreti sunt, mammas inter femora non habet. Aristoteles.

Mammas in ventre habent, canes, sues, leænæ, pantheræ: & quæ numeroso sunt partu & digitata.

Crura *à latere adiuncta habent, quadrupeda ouipara quæ cauernas subeunt.*

Testes *intus lumbis annexos habent, sues, erinacei, elephanti, crocodili, testudines, & omnia ouipara.*

Testes pecori armentoq; ad crura decidui.

Auersæ

Auersa genitalia habent, cuniculi, leones, lepores, lynces, tigrides, cameli, elephanti, & omnia quibus auersus coitus.

Vnguium *mucrones in digitorum vaginas condunt, leones, pardi, pantheræ, cati, felis zibethi.*

Carnem *chamæleon nusquam habet nisi in capite & maxillis: Sanguinem tantum in oculis, in corde, & quibusdam ex eo nascentibus venulis.*

Sunt qui ranam præterquam in oculis sanguinem habere negent.

Cor *animalibus in medio pectore.*

Sunt *qui fel equo non in iecore sed aluo, et ceruo in cauda & intestinis putent esse. Plin.*

DIFFERENTIAE AB ADiunctis partium externarum.

A qualitate primum, deinde à quantitate.

Caput *vrso & pecori inualidissimum.*

dum esse scribunt, alij concauum pedem vnũ, vbi capiti committitur.

Cætera vacua & concaua cornua habent.

Mobilia cornua habent, AEthiopici, Erithræi, & Phrygij boues: Item eale.

Caduca habent, cerui, capreoli, camelopardalis, capreæ platycerotes. Plinius cornua capreis decidua esse negat, at Cœlius ex Pausania, vt ceruorum, sic dorcadum quoque cornua, decidere & renasci scribit.

Elephanti dentes qui cornua à nonnullis dicuntur, caduci & recidiui sunt.

Non decidunt castratis cornua, nec renascuntur. Plin. at venatores id non castratione, sed vitio accidere affirmant.

Cornua antrorsum vel in aduersum adunca, damis, bobus Indicis, & Garamanticis opistonomis, item Scotico boui fero.

Obliquè antrorsum spectant cornua bonasi: in dorsum adunca rupicapris, ibici, hirco, capris, camelopardali.

Modice adunca gazellæ.

Cornua in anfractum cõuoluta (μηνοειδῆ) arieti, tragelapho, ei ſcilicet qui caprarum generis, muſmoni.

Cornua arcuata inſtar lunæ creſcentis, mucronibus introrſum verſis bubalus habet.

Cornua ſinuoſa, vel tortuoſa bubulo generi: erecta ſtrepſiceroti.

In Africa arietes ſtatim cornigeri generantur.

Ceruis binis cornua oriuntur ſimplicia & recta: & tunc ſubulones dicuntur.

Solida ungula & bicorne nullum, vnicorne aſinus tantum Indicus. Plin. Vnicorne biſulcum oryx. Oryx quem Plinius & Ariſtoteles cornutum faciunt, diuerſus videtur ab Oppiani.

Singulare cornu præterea habent monocerotes, & boues Indiæ. Item Aonij tauri. AElian. & Oppian.

Leodouicus Romanus ſcribit ſe in Zeilæ vrbe AEthiopiæ, vaccas vidiſſe, cornu vnicum in media fronte habentes.

Biſulcis bina cornua natura tribuit. Plin.

Verue-

Verueces quatuor cornibus insignes reperiuntur.

Quadricornes etiam oryges reperiri AElianus scribit.

Apud Rhætos arietes sex aut octo annorũ, ad priora cornua producuntur alia, veluti adnata parua, bina uel terna, uel etiam plura.

Cornua lata habent dorcas platyceros, ceruus palmatus, tarandus, alce. Cornua quaternorum pedum in latitudinem bobus Indicis tribuuntur.

Cornua longißima habẽt, monoceros (huius cornu longitudine hominis proceri) oryx, & ceruinũ genus (cuius cornua vasta simul & ramosa sunt) & strepsiceros non illa tamen Bellonij Cretica.

Paruis cornibus & breuibus, rupricapræ rhinoceros, κόλ⊗ caprarum & ouium genera, ibex tamen proportione longißimis est. Cæteris proportione mediocria, vt bubulo generi, &c.

Aures *in omni iumentorum genere indicia animi præ se ferunt: feßis marcidæ, nutan*

tes pauidis, subrectæ furētibus, resolutæ ægris. Plinius.

Auriculis rotundis, pantheræ, castor, ichneumon, sciurus Getulus, cameli, mures, vrsi, tigrides, genethæ, leænæ, ciuettæ, taxi. Auriculis mutilis mus alpinus: glabris mus auellanarum: pilosis sorices: hirtis, boues.

Quibus aures acutæ auriculas ferè erigunt, acutæ plærunq; sunt timidis. Ex canum genere plures auriculis pendentibus.

Aures ceruis tantum scissæ aut velut diuisæ. Plinius. id AElianus tantum de Hellespontiacis scribit. Aristoteles verò de Asiaticis.

Aures mobiles habent quadrupeda.

Quo ad partes & partium adiuncta, multa paßim in descriptionibus animalium desiderātur, præcipue tamen in auriū descriptione

Auditu acutißimo & acerrimo sunt, lepores, vulpes, capræ. Talpa etiam terris obruta audit.

Aurita ferè sunt timida, vt asinus, lepus, mulus, onager, &c.

Capræ

Capræ in Syria sunt auriculis mensura dodrantali ac palmari. Arist. In murium genere, auriculis proportione sunt magnis mus auellanarum, rattus, & sciurus.

Elephas minoribus auriculis quàm pro tãtæ molis proportione.

Frons *torua, leonibus, tauris: lata tauris: angusta suibus.*

Supercilium prægrande leoni.

Oculorum *calor equis solis animantium (præterquam homini) variat. Arist. Vitulo marino & hyænæ, oculi in mille colores transeunt subinde. Plinius.*

Oculis nigris, boues & onagri Indici: Ignitis & splendentibus, pantheræ; leones, cati, ibices, ciuetta, linces, hyænæ, lupi, capræ, capreoli: Hæc omnia etiam noctu vident. Item equi præterea & lepores, & quæ ex feris noctu pascuntur.

Leporũ alij charopis alij glaucis sunt oculis.

Lineam supra oculos nigram habent, rupicapræ & Gazellæ.

Aureus orbis ranarum oculos circuit.

Pellucidas oculorum genas habent ranæ.

Visus acutißimus, lyncibus, capris, capreolis, leonibus, & quibus flammantes oculi: hebetißimus, muri araneo & talpæ, oculi quoq; vrsorum & leporum crebro hebetantur. Visus crocodilo in aqua hebes, extra acerrimus.

Ratti obuium lumen non fugiunt.

Oculi *bini singulis quadrupedibus.*

Boues & oues, aliaq; simplicis ingenij (εὐήθη) oculos patulos; insidiosa verò & malignè astuta, exiguos habent, ut castor, simiæ, & c.

Elephāti tamen oculis sunt minorib. quàm pro tantæ molis portione.

Oculis prægrandibus serpentes in prouincia Caraiam ex lacertorum genere. M. Paul. Venetus.

Muri araneo post talpam minimi omnium in quadrupedum genere oculi contigerunt.

Nare *anteriore difissa, feles, castores.*

Simis naribus. Simiæ, capellæ, vri.

Rostrata, sus, cepus, canis, cynocephalus, porcus, mus araneus, vrsus, talpa, taxus, felis.

lis, ciuetta, ceruus, &c.

Nasus crassus: leoni, vro.

Sagacissimè odorantur. canes, elephanti, alces, leones.

Labrum *superius scissum in camelo & lepore.*

Labra crassa: suibus, asinis, simijs: Alce propter superius labrum crassum ex opistonomis est. Labra herbas ruentium lata sunt, vt suũ generi. Plinius.

Rictu *ampliore sunt omnia carniuora. Hianti semper ore chamæleon.*

Tanta oris duritia testudines, ut lapides cõminuant.

Maxilla inferior soli ruminãtium crocodilo immobilis est.

Lingua *imbricatæ asperitatis. leonib. pardis, felibus.*

Lingua spinosa orygi & monoceroti. Paulus Venetus.

Lingua bifida lacertis: perexigua elephãtis.

Gustus cæteris in lingua, homini in palato.

Dentium *genera tria sunt, serrati, conti nui, et exerti. Plin. de continuis & exertis in subiecto diximus: nunc de serratis.*

καρχαρόδοντες. *Serrati dentes pectinatim coëuntes, canibus, vrsis, catis, hyænæ, lupo, crocodilo, pantheræ, leoni.*

Color dentium plærunq; albus, in castore verò ex flauo ruffus.

Robustis & valdißimis dentibus elephãti, castores crocodili, hyænæ, & congeneres.

Dentes mutantur homini, leoni, iumento, cani, & ruminantibus, Plin. Sed leoni & cani non nisi canini appellati.

Maxillares qui sunt à caninis nullum animal mutat. Bobus dentes bis mutantur.

Morsus venenatus, leonis interdum, taxi, lyncis, cati, muris aranei, canis rabidi, ichneumonis, pantheræ, vrsi, simiæ: Caprarum morsus arbori exitialis.

Equo dentes quadraginta numero sunt. Arist. Plin. Veg. martib. in summa 32. elephanto præter eos qui prominent 4. murib. araneis vtrin-

vtrinq; octoni, reliquis muribus quaterni tātum: octo molares ore intimo habet in vtraq; maxilla castor.

Dentes ceruo sunt quatuor vtrinq;, et insuper alij duo molares.

Maximis dentibus, elephas: exilißimis lacertus aquaticus & ranæ.

Triplici dentium ordine vtrinq; manticho ra esse perhibetur.

Statim cū natus est elephātus dētes habet.

Ceruice *rigida & ex vno osse constante. leones, lupi, hyænæ.*

Collo longo & procero, camelus, camelopardalis, gazellæ, rupicapræ, simiæ.

Angusta colla, leonibus, vrsis, tigribus, quia ora in terram non deijciunt pascendi gratia. Ambros. Leporū quoq; colla angusta sunt.

Collum breuißimum & propè nullum, talpæ.

Quibus longa crura ijsdem quoq; longa colla. Plin. Cice.

Ceruice torosa, boues, tarandi, cerui: moderatè crassa leones: craßißima sues.

Tergo *gibboso, bison, rubetæ terrestres: cameli: Bactrianis bina, Arabicis singula sunt tubera.*

Dorso gemino, id est præpingui, oryx.

Corpore longo proportione, martes, putorius, viuerra, & propriè dicta mustela, leo, & canum quidam.

Substricta *ilia, leoni, leporibus, canibus quibusdam, mustelæ, sciuro, lupo, cercopitheco, &c.*

Quæ *numeroso sunt partu & digitata, habent mammas duplici ordine toto ventre.*

Sues generosæ mammas duodenas, vulgares denas tantum habent. Pantheræ habent quaternas. Cerua quaterna vbera habet vt vacca, Aristoteles. sed vaccæ tantum quaternas papillas habent.

Mammas binas habent vaccæ, oues, capræ, equæ, asinæ, cameli, elephanti, simiæ, leænæ, & ferè quæ singula pariunt.

Genitale. *Genitalia ossea sunt, lupis, vulpibus, mustelis, canibus, sciuro. Ictidis genitale aiunt totum oßis instar semper rigere.*

Genita-

Genitalia neruosa: camelis, ceruis: genitale cameli ita neruosum est, vt vel neruus ex eo confici poßit, quo arcus intendantur. Aristoteles.

Elephantis genitale paruum: cynocephali circumcisum est.

Genitale vrsi, simul vt expirauit, cornescere aiunt.

Quadrupeda *sunt omnia circa quæ in hoc opere versamur: sola simia & bipes, & quadrupes est: & in neutro & vtroq; genere constituenda.*

Elephantes crura sine articulis habere, falsum esse Aristoteles docet.

Genua singula in singulis cruribus, camelis.

Genua & cubita contraria vrsis & simiarum generi.

Crura anteriora in talpa oßibus tantummodo geminis constant.

Crura obliqua lacertis: humani poplitis modo ijsdem. priora genua post curuantur, posteriora in priorem partem.

Crura, gracilia, ceruo, capris, capreis, ibicibus.

Cruribus longis, camelus, camelopardalis, lepus, lupus, canis, mulus, equus.

Breuibus, crocodilus, salamandra, & omnes lacertæ, porcelli Indici, zobella: martes, thôes, mus alpinus, taxus, monoceros, cricetus, talpa, lutræ, hystrix.

Breuibus & compactis, bubalus, elephas, rhinoceros, vrsus, bubulum genus.

Solipeda, *equus, asinus, mulus, onager, Plinij & AEliani monoceros, Aonij tauri. AElian. & Oppian.*

Solidis vngulis boues India generat, Plinius.

Sues solipedes etiam reperti sunt: & apri posterius solipedes anterius bisulci.

Vngulas solidas habent Ilyricæ capræ, AElianus.

Bisulca *sunt eadem cornigera, vt boum, caprarum, & ceruorum genera, &c. Item leucrocuta, hippardium fera apud Arist. monoceros Leodouici Romani. Et præterea suillum*

lum

lum pecus quod quidam inter bisulca & solipeda numerant, quemadmodum & camelum & camelopardalim.

Multifida *sunt reliqua, pedesq́ digitis discretos habent, sed numero imparibus. Digitis vtrinq́ quinis, elephanti, testudines, talpæ, &c. de digitorum numero plura quære infrà in loco comparatorum.*

Castor & lutra posteriores pedes membranis connexos habent: ranæ tam anteriores quàm posteriores.

Vngues *vnci rapacibus, cæteris recti. Sunt etiam canibus recti, & chamæleonti vnci.*

Simijs vngues imbricati, Plinius.

Vngues in talpis proportione maximi, in lacertis & scinco minimi.

Vestigio *pedis imo piloso, lepores & cuniculi: carnoso cætera: ex bisulcis carnoso est camelus.*

Cauda *villosa, lup⁹, et lupus Scythic⁹, taxus, lup⁹ marinus, mus alpin⁹, uulpes, martes,*

glires, mustelæ, sciuri, mures Pontici.

Cauda setosa, equus, pœphagus, monoceros: pœphagus setas habet subtilissimas.

Ima parte setosa, boues, leones.

Cauda conuoluta & intorta, sues, ichneumones, canes, chamæleontes: super dorsum reflexa, sciurus: Pilosa pantheræ, mures auellanarum: squamosa, castor: glabra sues & mures.

Cauda longa: crocodilus caudam habet eadem ferè quā reliquũ corpus longitudine: chamæleon, lacerti, pantheræ, ichneumones, feles, lutræ, genethæ, mures, leones, cercopithe ci, cepi, equi, asini, boues, hinni, axis, gazellæ, mures Indici, hyæna, lupi, vulpes martes, sciuri, simiæ Prasianæ.

In lacertis inueniuntur & geminæ caudæ.

Scinci cauda ex acutissima in crassiusculam exit.

Cauda *mutila sunt, capræ, lepores, cuniculi, mures norici, caprearum & ceruorum genera omnia, taxi, talpæ, musimones, camelo pardalis, &c.*

Villosis

Villosis animalibus caudæ paruæ sunt, vt vrsis. Plinius.

In reliquis mediocris longitudo, vt in mure alpino & mure araneo, &c.

Cauda lata, castor, luxa & lata cordula. Prope Reane Arabiæ felicis vrbem, veruecũ genera reperiuntur, quorum caudam animaduerti, pondo esse librarum quadraginta quatuor. Vartomannus.

Venenũ in cerui cauda reperiri traditur: sed verisimile est fellis esse substantiam.

Cutis *colore igneo, in rana venenata fossili: viridi, in rana viridi maiore aquatica & minore terrestri, quæ calamites dicitur. Colore lurido & subliuido, rubetæ terrestris, quæ & ruffis maculis habet distincta latera: nigro colore cutis elephanti est.*

Cutis mollis est ranis.

Tergora silicis duritia habent boues AEthiopici. pelle perdensa ceu crustis quibusdam squamatim compacta rhinocerotes. Tergoris maxima duritia, tarandus, taxi, bubali, elephanti.

Hyænæ pelles fulmine non tangi creduntur.

Corticata *omnia dura cute sunt: Albo squamularum colore nitent scinci.*

Colore nigro sunt lacerti aquatici: quibus vtrinq; in lateribus puncta alba: viridi colore lacerti virides.

Lucentibus guttis distincti stelliones, nigro & flauo colore salamandra. Lacerta chalcidica virgis quibusdam ænei coloris distinguitur.

Senectutem *exuunt vere & autumno lacerti, & quæ cortice teguntur omnia.*

Testa *varia, luteo & nigro distincta, testudini terrestri. Testudines terrenas apud Indos aiunt testas exuere.*

Spinæ *in echinis & hystrice acutæ: in hystrice longiores multo, albo nigroq; distinctæ.*

Lamia *draconum squamis obsita.*

Pilos *ferè molles habent timida animalia, vt ceruus, lepus, oues, castor, lutra, &c. Duriore pilo sunt capræ, (atq; adeò omne genus caprarum & ouium syluestre, taxus, ci*

uetta

uetta, mus alpinus, latax, bos, camelus, elephas. Durissimo pilo sunt hirci, sues, ichneumones, hystrices, hyænæ, hæc enim omnia sunt setigera: hyæna setis longioribus per totum dorsum riget.

Pilis nitidis, castor, lutra, bubalus, gazella, talpa.

Pilis albis, mus Ponticus, bison albus Scoticus, simiæ Prasianæ, mustelæ apud nos hyeme, et tunc armelini propriè vocari possunt, fœminæ platycerotes, et rupicapræ sed rarissimè, lepores etiam in alpibus. Ceruus aliquãdo albus inuentus est. Aristoteles: Mysia albos vrsos gignit amphibios, oryx colore lacteo (exceptò ore.) corpore albo onager Indicus, qui capite est purpureo, alij onagro eũdẽ colorem tribuunt quem asino. Capiuntur interdum ratti albissimi: minores etiam mures albi conspecti. vulpis color rarò candidus.

Cano colore, lupus, gulo, taxus: Pilos in cinereo candidos castor habet. Item

mus laßicius. Muli ex candido in cinereum canescunt.

Nigro *colore, vrsi, talpæ, vri, &c. Cinereo, syluestres cati, mures citelli, varius, monoceros quem tamen alij album, alij fuluum faciunt: Pullo colore, cameli: Subnigro vel fusco, murium genera ferè omnia. Color murinus in asino vulgaris. In fuluo subnigri martes.*

Sunt *quædam bicolora quæ dorso fusco sunt & ventre albo: ex quo genere sunt, glires, mures auellanarum, &c.*

Putorius pilos habet inæquales, ex quibus breues subfului sunt, longiores nigri.

Ruffo *colore & subruffo sunt, mures agrestes, hinni, cerui, strepsiceros Anglicana, vulpes plærunque & sciurus, mus aquaticus.*

Colore nonnihil ad castaneum accedit lutra. Rupicapris color intèr fuscum et ruffum: pilus gazellæ ruffus ad pallidum vergens: mustelæ domesticæ plærunque in dorso & laterib. rutilæ.

Fuluo colore, leones, bonasi: Subus colore flauescit splendido. *Sunt*

Sunt *in quibus magna colorum diuersitas est: albi, nigri, & ruffi, sues, boues, cuniculi, cati, domestici, &c. Nigri, rubei, & cinerei, asini. Vulpes rarò candidus, rarius niger.*

Pecudes *pro regione cœliq́ statu & habitum corporis & pili colorem mutant. Columell. Idem tu intellige de cæteris animalib. Lepores in alpibus toti candidi reperiuntur: mustelæ in nostris regionibus quæ montanæ sunt, æstate fuscæ, hyeme sunt cādidæ: sciurus in Franconia frequentius est niger quàm ruffus, Indici elephanti nigri & murini coloris reperiūtur, AEthiopici albi. Leones AEthiopici ab Oppiano, Syriaci à Plinio colore nigro perhibentur. Paulus Venetus in Tartaria leones & nigros, & rubeos esse scribit. vulpes, cerui, & vrsi candidi in Suetia. Sed referes hæc fortaßis non male etiam ad cōparata vnius, secundum regiones.*

Tarandus quoq; colorem secundum anni tempus & locorum varietatem commutat.

Chamæleon mutat colorem subinde, red-

ditq́; ſemper eum quem proximè attingit, præter rubrum candidumq́. Ariſtoteles. Plinius.

Thôes per tempora immutantur & colorem diuerſum hyeme æſtatéue trahunt. Ariſtoteles.

Mures quidam ſylueſtres in Pannonia ceu virides conſpiciuntur.

Varijs *& maculoſis pellibus, lynces, leopardi, capreoli, camelopardalis, mus Ponticus propterea varius dictus, vormella, tigres, genetha, axis, hyæna, zibethus, cepus, cricetus, & leem beſtiola Norduegiæ. Ex cerui & cuniculi pellibus quædam etiam maculoſæ ſunt.*

Pilis *inæqualibus, caſtor, putorius: pilo in contrarium ad caput verſo, oryges; legimus idem de Aethiopico tauro.*

Pili *ſuum, criceti et ouium tenaces ſunt: in canibus, equis, bobus, catis, &c. decidui.*

Felium pili venenoſi, Matthæolus.

Pilo *denſo & multo, urſi, ſimiæ, oues, ibices, cameli, ſphinges, lupi, moſchi capreolus,*

gulo,

gulo, vulpes, hyænæ, &c. Villosissimus animalium lepus. Plinius.

DIFFERENTIAE AB ADIVNctis partium internarum.

Caro *dulcis & suauis, ex cuniculis, bonasis, sciuris, tarandis, glirib. camelis. Amarissimæ carnes ex onagris Indicis. Ingrati saporis carnes bubali.*

Succi *pessimi carnes camelorum, caprarum & hircorum cum consenuerint, equorum, asinorum, simiarum, ceruorum, vrsorum, ouium.*

Difficiles *concoctu ex ijsdem, & præterea bubulæ, ouillæ: Itē ex mure alpino, taxo, onagro, vulpe, &c.*

Galenus agnorum esum propter insignem humiditatem fugiendum suadet.

Rapacium omnium carnes declinant ad siccitatem, & facile in corporibus generant bilem atram.

Carnes bubulæ nimium melancholicæ.

quadrupeda ouipara, vt lacerti & testudines, Arist. Plinius contra chamæleoni & testudini pulmonem prægrandem tribuit.

Pulmo maximus elephanto.

Iecusculum *muris bruma dicitur augeri & increscere: Iecur testudinis vitiatum est vt reliquum corpus.*

Iecur geminum esse dicunt ranis & leporibus in quibusdam locis.

Fel uenenatum, *pantheræ, equi, mustelæ syluestris: Felli leonis etiam venenosa vis tribuitur: sed plæriq; non leonis sed leopardi felli attribuunt.*

Facile ex colore, quod nã fel vehementius sit, quod remißius, discernetur.

Exta *cuniculorum in Boetica sæpe gemina reperiuntur.. Plinius.*

Veros glires et sciuros cœcum intestinum tantum nactos scimus. Vesalius.

Venter *cæteris simplex, ruminãtibus geminus, sanguine carentibus nullus. Plin. Ex ijs quæ ruminant & coagulum habent, ventrem simplicem habet lepus, & (vt facile*

conijcitur) congener cuniculus.

Ventres elephanto quatuor. Plinius.

Ventriculus amplus, vrsis & suibus: arctus canibus & leonibus.

Lienem perexiguum habent quadrupeda ouipara.

Bisulcis cornigeris lien rotundus, canibus & porcis sicut homini longus.

Renes ouium, cæterarumq; quadrupedũ æquabiles sunt, non sicut boum, qui tanquam ex multis exiguis renibus compositi videntur. Aristoteles.

Ossa duriora cæteris habent carniuora, leones tamen omnium durissima.

Medulla seuosa cornigeris, pinguis ijs quibus adeps. Medulla arietis non castrati inter venena numeratur. Leonum et suum ossibus parum medullæ inest.

Medulla laudatissima est ceruina (inquit Plinius) mox vitulina, dein hircina, & caprina: caprina à Dioscoride quarto loco post ceruinam, vitulinam & taurinam laudatur: postrema est ouilla.

Costæ

Costæ *homini tantum octonæ, suibus denæ, cornigeris tredecim, serpentibus triginta. Plinius.*

Nerui *durißimi bubus.*

Adipem *plurimum generant quæ cornigera, ob siccitatem. Galen. reliqua vide in loco comparatorum.*

Plærisq; animantibus pinguedo sine sensu, quamobrem sues à muribus, spirantes dicuntur rosæ.

Sequuntur iam seorsim excrementa cum suis itidem adiunctis.

Aristoteles excrementa inter partes similares numerat: partes verò an quis rectè appellauerit, dubito, & propterea seorsim posui.

Lac crassum, *uaccinum, leporinum, caninum, ouillum, suillum, asininum: Caprinum lac non admodum pingue crassumq; est: reliqua pete ex loco sequente.*

Cornua *tauris robustiora quàm vaccis. Bobus ectomijs cornua maiora & longiora quàm tauris:eadem ratione qua spadones calui effici nequeunt.*

Cornua tenuiora fœminis plærunq; sunt, vt in pecore:multis ouium nulla sunt omnino.

Cornua capreæ cerui similia: rupicapræ, ibicis,damæ, & bubali Africani, capræ aut hirci similia sunt:Pan quoq; cornua capræ habet.Boues ceruorum cornibus, sibi visos scribit Vartomannus.

Auribus *humanis hystrices:noctuæ simiuulpa:equi hinnus:castoris lutra:ouis tragelaphus.*

Oculi *suis,sunt crocodilo fluuiatili.*

Rostro talpæ *mus araneus:porci crocodilus,tatus,echinus & taxus suillus:furonis ichneumon:cercopitheci chamæleon:canis cynocephalus,echinus & taxus caninus: ouis tragelaphus:vulpis simiuulpa. Ciuettæ rostrũ acutius quàm felis. Rictu apri rhinoceros: ore leporino hystrices.*

Dētibus *caninis lutræ, lupi, leones: lynx dentes ut martes habet: simiæ ut homines, ichneumon lingua & dentibus felis.*

Maribus plures quàm fœminis dentes: in ouibus, capris, equis, suibus.

Dentes exerti in omnibus, cæteris sunt lōgiores.

Mammas *muliebres habent, sphinges et lacertæ.*

Quadrupedum *ouipararum vulua est qualis auium.*

Simiæ fœminæ genitale mulieris est. maris potius canis quàm hominis.

Ichneumon testes vt feles habet.

Crura *priora posterioribus longiora habent. elephanti & camelopardalis, lepores uerò, gazellæ, & ranæ, contra.*

Vulpinis cruribus lutra, paulò tamen crassioribus.

Cruribus breuior rhinoceros elephanto: lynx lupo: zobella marte.

Pedibus *hominis simiuulpa: elephāti, monoceros: canis, lutra: vrsi, mus alpinus, et talpa.*

Pedes

Pedes manibus similes habent, vrsi, simiæ: vola anteriorum pedũ in talpis manũ refert.

Hystrix pedes anteriores melis, posteriores vrsi habet.

Castor pedes priores canis, posteriores anseris habet.

Quibus *ex rapina victus quadrupedum, quini digiti in prioribus pedibus, reliquis quaterni: pauca quoq; in posterioribus quinos vngues habent, vno iuxta cruris articulum dependente.*

Quaternos digitos ante, quinos post habẽt, lacerti aquatici, mus auellanarum.

Digiti seni anterius, quini posterius, porcellis Indicis.

Camelo *tali similes bubulis, sed minores.*

Cauda *apri monoceros: asini hinnus: elephanti eale: serpentis lacerta & testudo: bubali elephantus: equi satyrorum genus: pisciũ castor: vulpis gulo: asini camelus.*

Oues in calidis et siccis regionibus caudas multo latiores habent.

Asinus cauda quàm equus longiore, salamandra quàm lacertus breuiore.

Simiuulpa *posteriore parte simia, anteriore vulpes, humanis pedibus, noctuæ auribus: vulpino rostro, cercopitheci cauda.*

Lamijs species humana tribuitur, mãmæ muliebres, draconum squammæ.

Monoceros reliquo corpore equo similis, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro: Plinius. AElian.

Hircoboues feræ syluestres, vt philostratus scribit, forma tanquam ex boue & hirco composita.

AEgyptijs *muribus prædurus ferè ut herinaceis pilus est.*

Melis pilo ichneumon: ibicis tragelaphus: taximus alpinus.

Simiæ Prasianæ coma humana.

Pili crassiores hircis, fœminis tenuiores.

Hyæna lupo est hirsutior.

Oues in calidis regionibus lanam habent duriorem, in frigidis molliorem. Alb.

Sequuntur comparata partium internarum.

Hircorum

Hircorum caro cum ad coquendum, tum ad ſuccum bonum generandum eſt deterrima: hanc ſequitur arietum, poſt taurorum: porrò in ijs omnibus carnes caſtratorum ſunt præſtantiores, ſenum autem peſſimæ. Gal.

Cameli tum lac tum caro ſuauiſsima omnium eſt. Ariſtoteles.

Vitulina caro bubulæ præſtat faciliusq; cõcoquitur.

Caro leporum melioris ſucci eſt quàm bubula & ouilla. Inter quadrupedes gloria prima lepus. Mart.

Hœdinæ carnes hyeme improbantur, conueniunt æſtate. Rhaſis.

Dorcadis caro melioris ſucci eſt quàm cæterorum agreſtium. Simeon Sethi.

Tigriũ caro nihilo deterior bubula perhibetur.

Pulmo *elephanto quadruplo maior bubulo.*

Iecur *luporum equinæ vngulæ ſimile eſſe traditur. Plinius.*

Iecur elephanti quadruplo maius bubulo

est. Arist. id Plinius de pulmone.

Leones interiora omnia canibus, porci hominibus similia habent.

Habent *omnia ferè vtrinq; dentata, ventriculum aut canino, aut suillo similem.*

Ossa *leones mares duriora habent quàm fœminæ, adeò vt ijs percussis, ignis quasi ex silice excutiatur. Arist.*

Adeps *leonis calidior quàm vllius quadrupedis: hœdorum minus tum calidus tum siccus est quam caprarum, & hircorum minus quàm leonum. Galenus: Adeps caprinus humidior est quàm suum, taxi calidior quàm tauri.*

Lac *crassum asinis: tenuius equis: tenuissimum camelis.*

Lac temperatissimum caprillum, mox asininum ouillumq;, postremo vaccinum.

Dulcissimum ab hominis lacte camelinũ, efficacissimum ex asinis: Plinius. Ouillum & caprinum multo minus habent pinguedinis quàm bubulum.

Stercus *asinorum optimum, postea ouillum*

lum & caprinum: Item iumentorum: stercus ex porcis pessimum.

Vrina *fœminarum omnium tenuior est cum fœtæ sunt. Oues & capræ crassiorem red dunt vrinam quàm sui sexus mares, fœminæ asinorum tenuiorem.*

Sequuntur effecta partium. continet hic ultimus locus usum præcipuum qui ex partib. percipitur extra medicinam.

Caro *vesca, bubula, leporina, suilla, ceruina: Item muris alpini, muris norici, sciuri, capreæ, rupicapræ, gliris, ouium & caprarum, echini suilli, cuniculi, lutræ, castoris, tarandi, taxi, testudinum, ranæ aquaticæ.*

Ex tanta elephanti mole nihil esculentum est, nisi promuscis & labra, & cornuum medulla: AElianus. Vartomannus renes addit.

Indi comedunt clunes tigrium. Agriophagi populi AEthiopiæ pantherarum & leonū carnibus vescūtur: Afri lacertis virentibus, et simijs: Borußi equis syluestribus: hippophagi Scythiæ populi fuêre.

Audio in Italia lupos ab insubribus aliquā do edi. Gesn.

Vulpes etiam, feles, pardales & panthe-res quibusdam pro cibo sunt.

Pullos asinarum epulari Mecœnas insti-tuit.

Asinorum etiam uetulorum, ut equorum, & camelorum quoq; carnibus nonnulli ve-scuntur, ἄνθρωποι τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ὀνώδεις τε καὶ καμηλώδεις. *Galen.*

Τυροποιΐα: *ouillum lac caprinúmque, mox bubulum commodum est ad conficiendum reponendumq; caseum.*

Caseus non fit ex vtrinq; dentatis, quoniā lac eorum non coit. Plinius.

Equorum lacte & caseo Scythiæ populos ali solitos Strabo testatur.

Vesphalos audio hodie hippace in cibo uti.

Nomades

Nomades cynocephalorum lacte viuunt: Plinius & Solin.

Pellificio *inseruiunt, & in vestimentorum vsum veniunt: pelles lutræ, castoris, lupi, lyncis, martis, omnium in summa mustelarũ: uulpis, hyænæ, gulonis, leopardi: criceti, muris Pontici, muris norici, cati syluestris, ouium, cuniculorum, sciuri, talpæ, rupicapræ.*

Nobiliores pelles ferè primo loco posui.

Vestes camelotæ ex pilis camelorum.

Moschus pretiosissimum odoramẽtum ex gazella habetur.

FINIS.

SIMILITVDINVM AB OMNI ANIMALIVM GENERE DESVMPTARVM LIBRI VI. EX

optimis quibusq; Authoribus sacris & profanis, Græcis et Latinis,

[redacted]

collecti, & pulcherrima methodo digesti.

[redacted] OPTIMAE SPEI ADO-
lescenti Abel Vuerdmyllero
affini suo S.



[redacted], charissimè Abel, uir eruditione & uitæ morumq; bonitate incomparabilis, cum & in reliquis philosophiæ membris, & reliquorum omnium organo hoc est Methodo dialectica, nó uulgarem doctrinam sibi acquisiuisset, (cuius merito primùm apud nos philosophiæ interpres, deinde etiam Ecclesiæ minister electus est,) materiam quoq; de re quauis dicendi scribendiq; amplissimam sibi parare uoluit. Itaq; cum ex priuatis lectionibus suis non pauca, tum integros libros quàm plurimos sacros atq; profanos, illos præsertim qui ueterum scriptorum sententias ac testi-

monia per locos et ordines digesserũt, disposuit inq; sua uasa (quæ in promptu habebat innumera) uel in chartaceos codices recondidit. Et sic neq; labori per aliquot annos, neq; sumptui parcens, syluam imò thesaurum, non modo rerum, quanquam id præcipuè, sed etiam uerborum & locutionum in Latina pariter & Germanica lingua, lõgè uberrimum sibi collegerat. Ita instructus iam ex illo quasi Copię cornu quædam depromere, & multa paulatim ædenda meditabatur. Hæc dũ molitur, paucis iam in utraque lingua sed præclaris æditis libris, Domino Deo tantis laboribus eum subducere, & in ęternam proculdubio quietem ac beatitudinem collocare placuit. Porrò

Similitudines. inter cætera Similitudines etiam à uarijs rebus desumptas, duplici ordine distribuere cœperat: ita ut ordo unus rerum, à quibus similitudines sumuntur, differentias sequeretur: alter uerò secundum uarios locos communes

iuxta differentias rerum quæ ſimilitudinum fines ſunt, inſtitueretur. Verbi gratia, in ſimilitudine quæ ab aſtutia ſerpentis aut ſimplicitate columbę ſumitur: ſerpens & columba exempla ſunt, ſiue res à quibus ſimilitudo trahitur: aſtutia uerò & ſimplicitas ſunt loci cõmunes, uel fines ſimilitudinum. His autem duobus modis multò utilius Similitudines diſtribuũtur, quàm ſecundum authores, ut quidam diſtribuerunt: qui nulla loci aut argumenti ratione habita, in unã ſeriem quęcũqꝫ unius authoris erant, cõcluſerũt. Sed horum quoqꝫ inſtitutum nõ omnino inutile eſt, nec ſuis ipſi laudibus fraudandi. Suum quiſqꝫ genium ſequitur.

Porrò ex hac ſimilitudinum ſylua illas primùm quæ ab animantibus ſunt, adornare aggreſſus eſt: partim ut mihi animalium hiſtoriam conſcribẽti nõ nihil gratificaret, partim quod ipſi etiam facilius & iucundum hoc argumẽtum erat, Paulò poſt aũt quàm hunc li

brum absoluisset, cæteris omnibus adhuc imperfectis, à Domino ad meliorem uitam uocatus est. Eundem igitur, ne perire aliquando posset, ornatissimis typographis auunculis tuis, meis uerò patruelibus, publicandum tradere, & simul tuo nomini, suauissime Abel, dedicare uolui. Tibi enim maximè debetur, tanquam & ipse patris tui soboles, & tuus ueluti frater. Certè pater tuus omnium hominum mihi lōgè charissimus fuit, meq; idem amauit plurimum. nam & pueri eosdem præceptores habuimus, & amicitiæ nostræ congruentibus ingenijs per ætatem confirmatæ, affinitas quoque summum inter nos necessitudinis uinculum accessit. Fuit ille non modo familiæ, sed omnino patriæ nostræ decus & ornamentum insigne, ut doctrina & alijs uirtutibus, ita pietate imprimis, quam & priuatim & publicè docere quandiu uixit non desijt. Et

quemadmodũ benè honesteq́; uixit, sic piè honestéque ei supremum obire diem,& suam quandiu per uim morbi licebat magno animo fidem atque religionem profiteri diuinitꝰ est concessum. Huius tu optime Abel uitæ studiorumq́; exemplum si fueris secutus,& gloriæ eiusdem in terris, & fœlicitatis in cœlo olim, cum Deo illius authori uisum fuerit, eris particeps. Hunc igitur tibi perpetua imitatione dignum existimabis: ac uiua insuper gloriæ uirtutísque exempla claros in familia nostra uiros, cum cæteros, tum uel maximè auum maternum Andream Gesnerum patruum meum senatorem, & aui paterni fratrem Iacobum Vuerdmyllerum urbis nostræ quæstorem. Hos enim si tibi subinde animo proponas, & simul optimum uirum præceptorem tuum Rhodol. Vuonlichium, breui te (Deo duce) uirum egregium & toti orna-

mentum patriæ futurum ſperabimus. Vale. Tiguri. Anno Salutis *M.D.LV.* decimo Calend. Martij.

Similitudinum ab animalibus Liber I. qui ſimilitudines à Quadrupedibus uiuiparis ſumptas continet.

AB ASINO.

QVAE de aſino traduntur octuplicem habent conſiderationem.

1. *Quomodo Deo ſeruiendum.*
2. *Deum vti miniſterio ſacerdotum.*
3. *Fidelium peccata remitti.*
4. *Peruerſe vulgò res æſtimari.*
5. *Quæ diuitum beneficentia.*
6. *Contra ſtulta iudicia perſeuerandum.*
7. *Caſtigationem ſæpenumero requiri.*
8. *Vilium rerum magnam eſſe copiam.*

Exodi. 34.

I. OMNE *primogenitum aſini pecude re*

dimes: si verò non redemeris frange ei ceruicem. Hoc est, Aliter nos ipsos Deo non possumus offerre, nisi propria voluntate confracta, & carne nostra mortificata.

II. Chrysost. in Ioan. Homilia 85.

Si asinum Deus loqui fecit, & per vatem benedictiones spirituales largitus est: multò magis per sacerdotes, etiamsi praui sint, Deus efficiet omnia.

III. Idem.

Sicut asinus, si quid errat, simplicitate errat, & non asperitate: Ita & homines qui crediderunt in IESVM Christum siue ex Iudæis, siue ex Gentibus, ante Christum non in malitia, sed in ignorantia peccauerunt.

IIII. [redacted]

Nullum est animal quod impensius amet suos

suos fœtus: quàm asinus & simia: Ita indocti suas commentatiunculas præter alios amplectuntur.

V. Idem.

Cum asinus ipse sit ἀμουσότατος, ex oßibus tamen huius optimæ fiunt tibiæ, vt ait AEsopus apud Plutarchum: Ita diuites quidam ipsi indocti, tamen pecunia sua suppeditant ingenium studiosis.

VI. Chrysostomus in Ioañ. Hom. 75.

Neq; si asini in nos irrudant, & inclangant graculi, sapientes autem laudent, horum dimisso consensu, stultorum clamores nos mouent. Sunt enim graculis haud absimiles, & asinis peiores, qui præsentia admirantur.

VII. Prouerbiorum 26.

Flagellum equo, frenum asino, virga ter-

go stultorum, scilicet, debetur.

VIII. [redacted]

Asinæ per omnem gignunt uitam, cum ho mo tam maturè desinat parere: Ita facilior ac perpetuus prouentus rerum vilium, egregia raro contingunt.

AB ASINO SYLVESTRI.

Ecclesiastici.13.

Venationes leonum onagri in deserto: Sic pascua diuitum sunt pauperes.

Iob 11.

Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri, se liberum natum putat.

A BOVE IN GENERE.

Bos

**Bos exemplum est mundani, *perdentis* 1. 2.
**ac pereuntis.* 3.

I. Chrysostomus in Matth. cap. 13.

Si ostendis leoni viridem herbam, aut cãpum benè florentem, non excitas eius appetitum, quia natura eius herbas fastidit, quia nõ habet hoc in natura, vt herbas manducet: & econtrà si ostendas boui carnes, non concupiscit, quia non bouis natura est, vt manducet carnem: Sic & homini mundano si de bono cœlesti loquaris, non excitatur in concupiscẽtia boni.

II. Numeri 22.

Ita delebit populus hic omnes qui in vestris finibus cõmorantur, quemadmodum solet bos herbas vsq; ad radices carpere.

III. Hieronymus in Esaiam cap. 58.

Omnes enim qui hæreticis vinculis alligã-

tur, declinant à domino, & quasi bos ductus ad victimam, eligunt atq; commutant veritate mendacium.

Prouerbiorum 7.

Item, adultera uerborum copia flexit adulescentē, ac labiorum suorum suauitate perpulit eum, vt protinus eam sequeretur, non secus quàm bos qui ad lanienam vadit.

De uacca priuatim Hieron. lib. I. comment. in Oseæ cap. 4.

Sicut vacca percussa asylo, percußi sunt hæretici ardentibus diaboli sagittis, & legis notitiam reliquerunt, ideo pascentur in lata & spatiosa via, quæ ducit ad mortem, et patientia domini boniq; pastoris eos inuitat ad interitum.

A TAVRO.

I. 2. **Tauris præfecti figurantur, * et qui dolo cir-*

*circumueniuntur, *item qui militari furore* 3. *aguntur.*

I. Chrysostomus.

Sicut tauri duces sunt gregis: Ita sacerdotes sunt principes populi.

II. Idem in Matthæum.

Veluti si quis taurum validũ viribus non potest subiugare, & vinculo flectere, mollibus manibus nodosam fricat ceruicem, vt quem virtute tenere non potuit, per blandimentum comprehendat: Sic & Iudæi catenã subdolæ laudis portantes in ore, & gladium malitiæ abscondentes in corde, taurum Ecclesiastici gregis dolo laudis comprehendere festinabant.

III. Verg. lib. 12. AEneid. de Turno.

His agitur furijs, totoq; ardentis ab ore

Scintillæ absistunt: oculis micat acrib. ignis.
Mugitus veluti cum prima in prælia taurus
Terrificos ciet: atq; irasci in cornua tentat
Arboris obnoxus trunco: ventosq; lacessit
Ictibus; et sparsa ad pugnam proludit arena.

A VITVLO.

1. **Vitulo docemur cur impijs in hoc seculo*
2. *res prosperè succedant, *& quo modo pœni*
3. *terè nescij se magis ac magis implicent, * ac tandem præcipites ruant.*

I. Marc.Erem.

Nunc flagellatur iustus, quia vt filius ad æternæ hæreditatis patrimoniũ præparatur: iniustus autem ad debitam mortem currens, effrenatis voluptatibus vtitur, quia & vituli qui mactandi sunt, in liberis pascuis relinquuntur: at contrà, iustus à delectationis fluxæ iucunditate restringitur, quia & vitulus ad laboris vsum deputatus, sub iugo tenetur.

II. Idem.

II. Idem.

Vitula indomita plus se iactat, & excutit cùm tenetur, nec acquiescit imperio, nec astringitur vinculo, sed magis cùm loro retrahitur, exasperatur. Itaq; nec coacta se subijcit, nec tamen libera vinculorum est. Sicut ergo trahit vitula lorum iugi, quæ etsi non tenetur è proximo, tenetur tamen, nec se explicat & absoluit: Ita trahit vnusquisq; peccator indomitis moribus iniquitates, qui putat se liberum, quia non est iugo subditus subiectusq; iudicio: & nescit quòd non sit exutus, sed magis vt illa vitula et ipse se implicat suorum nexibus peccatorum.

III. Idem.

Quemadmodum imperitus vitulus currens in gramine, defertur ad præcipitium: Sic inuenitur anima quæ paulisper conditionibus agitata aut pasta fuerit.

A BONASO.

1. **Bonasus aliquid simile habet cum ijs qui*
2. *obtrectant absentibus,* & sophisticis pugnant cauillationibus.*

I. [redacted]

Bonasus animal, quoniam cornibus inutiliter implexis non potest lædere, fugiens fimū reddit: cuius cōtactus insequentes vt ignis aliquis comburit: Ita nonnulli quoniam coram non audent congredi, à tergo sparsis probris contaminant hominem.

II. Idem.

Vt bonaso cornua oneri sunt tantum, nulli autem vsui, adeò sunt in se reflexa: Ita sophistæ dialecticen habent, sed qua neminem reuincere poßint, adeò est intorta.

A TARANDO.

Tarandus

**Tarandus exemplum eorum qui se omnibus accommodant,* & fortiter calumnias ferunt.* 1. 2.

I. [redacted].

Vt tarandi cutis ferro impenetrabilis: Ita quosdam nihil queas lædere.

II. Idem.

Tarandus omnium arborum & fruticũ, locorumq; in quibus latitat, colorem villis etiam imitatur: Ita tutior erit, qui ad quamcunq; gentem se contulerit, eius ritus ac mores imitetur.

CAMELOPARDALIS.

[redacted].

Vt camelopardalis siue nabis, collo refert equum, pedibus & cruribus bouem, capite

camelum, maculis tigrim aut pardum: Ita qui dam inæquales ſibi varias hominum formas exprimũt: ſi cultum inſpicias, ſanctũ aliquem existimes: ſi orationem audias, ſatrapam loqui putes: ſi vitam expen[redacted]*inue nies: ſi ſcripta, bubulcum.*

CAMELVS.

1. *Camelo ſignificatur *diuites ægerrimè ſer-*
2. *uari, *idololatriam plus reliquis ſcelerib. ex-*
3. *cæcare, *gentilium vitam eſſe corruptiſsimã,*
4. **& quædam ipſa Barbarie delectari.*

I. Marc. Erem.

Quemadmodum camelus, beſtia vehemẽter diſtorta, ac moles potius quàm animal, nõ poteſt tranſire per foramen acus, quod adeò puſillum eſt, ut [redacted]*iſum effugiat: Ita fieri poteſt, vt diues vocationem Euange lij capeſſat, & ea anguſta via ingrediatur, quæ ducit ad vitam.*

II. Chry-

II. Chrysost. in Matth. cap. 19.

Vt omnia animalia quamuis libenter terram aspiciunt, semper tamen quando volũt, possunt tollere collum suum ad cœlum: solus Camelus autem nunquam potest sursum tollere collum suum gibbo depressus: Sic omnes peccatores libentius quidem terrena adeunt, tamen quandoq; volunt, possunt conuertere se ad cœlestem iustitiam: Gentes autem nullo modo possunt explicare se, & ad diuina conuertere, idololatria sua curuati, & excæcati.

III. Idem ibidem.

Sicut Camelus neq; deorsum recto collo aspicere potest, sicut cætera animalia: neque sursum recto collo aspicere potest, sicut homo, sed inter medium tenẽt erectæ ceruicis & obstipæ[illegible]* & Gentiles neq; animalibus aßimilantur penitus, neq; hominibus similes sunt. Propter humanum & rationabilem intellectum suum, hominibus non sunt si-*

miles: quia nunquàm cœlestia, sed terrena semper attendunt.

Quemadmodum camelus nec planè immũdus est, nec mundus. Mũdus quidem est, quia reuocat & ruminat: immundus autem, quia non habet duas vngulas fissas: Sic & Gentes: quoniam vacuæ sunt, nec mundæ ad plenum. Mundæ quidem fuerunt, quia & tractabant quæ Dei erant, id est, ruminabant, & conuersabantur rationabiliter penè secundum Deum: sed conuersationem, quæ pes est, non habent diuisam in duo, id est, in fidem, et in opera: sed habent opera tantum.

Sicut cameli pes ambulantis non dissipat terram, sed quum sit mollis, concordat ei, & complectitur eam: Sic & conuersatio Gentium, quamuis non esset bona, non erat dissipans terram, hoc est, carnalem naturam, sed conueniens erat naturæ carnali, & secũdum voluntatem ipsius erat.

Quemadmodum supra dorsum omnium iumentorum nõ manet sarcina, nisi fortiter fuerit colligata ad ipsum: supra camelum autem

sine

ſine vinculi nexu immota iacet (nã ipſe gibbus ſarcinam tenet in ſe: aptus eſt enim ad põdera baiulanda:) Ita in cæteris quidem peccatoribus, tamen cognoſcentibus Deum, non tenacius hæret ſarcina peccatorum in corde ipſorum, niſi cum violentia & virtute diabolus tenuerit in corde ipſorum, alligans eam delectationibus: ipſa enim cognitio Dei excutit à ſe pondera peccatorum. In gentibus autẽ ſine labore diabolus tenet peccata, quia idololatria quaſi gibbus retinet in ſe vniuerſa peccata: apta eſt enim ad baiulanda pondera peccatorum.

IIII. [redacted]

Camelus non gaudet potu, niſi prius obturbata conculcatione aqua: Ita quibuſdam nihil placet in literis, niſi barbarie conſpurcatum.

CANIS.

In cane tum virtutum tum vitiorum qua

si simulachra cernuntur.

1. 2. 3. *Virtutum, ut *prudentiæ, *fidelitatis, *for*
4. 5. 6. *titudinis, * patientiæ, * temperantiæ, * disci-*
plinæ.

7. 8. 9. *Vitiorum, ut *imprudentiæ, *impietatis,*
10. 11. 12. ** iniustitiæ, *infidelitatis, *rixarum, *iniu-*
13. 14. *riæ, * timiditatis. *Deinde spectãda proponi-*
15. *tur hoc animali adulatorum gratia, *inuido-*
16. 17. *rum proprietas, *iracundorum natura, *stul*
18. 19. *torum garrulitas, *diuitum solicitudo, *cu-*
20. 21. *riosorum damnum, *barbarorum fastus, *im*
22. *peritorum præsumptio, *tyrannorum crude-*
23. 24. *litas, *diabolorum insidiæ, *afflictionũ usus.*
Postremò hic cognoscitur quomodo iræ fre-
25. 26. *num iniiciendum, *[redacted], *diabolo*
27. 28. *renuntiandum, * voluptatibus * & omnibus*
vitijs resistendum.

I. [redacted]

Plutarchus testatur se vidisse in Africa coruos, qui lapillos in aquam aggesserint, donec aqua eo surgeret, ut contingi posset: Idem narrat

narrat de cane coniiciente lapillos in amphoram oleariam: Ita nobis quod viribus diminutum erit, ingenio supplendum est.

II. Idem.

Vt canis venaticus feras alioqui delitescentes excitat, ita crux ad multarum virtutum exercitia impellit.

Anseres & canes in Capitolio alebantur, vt fures detegerent. quibus accusatores similes dixit Cicero, vt nocentes in Rep. ad pœnas scelerum dandas in ius vocarent. Pro Roscio.

III. Idem.

Prouerbio iactatur. Lepores capi etiam à paruis canib. Nec enim fortitudo mole corporis metienda.

IIII. Idem.

Canis quantumcunque sit ferox extraneis,

tamen quando verberatur à domino suo, omni ferocia deposita, caput & caudam demittit, & totum corpus humiliat, non latrans, non mordens, & vix audens plangere, sed solum relaxationem verberum postulare: quãto magis igitur nos ratione præditi, qui innumera beneficia à Deo patre accipimus, mala quamuis, ipsum sustinere debemus.

V. Chrysostomus de ira.

Quantò melior ebriosis asinus et canis: nã quolibet horum animalium, et omnium brutorum, seu comedere, seu sit opus bibere, necessitatem terminum nouit, nec vltrà quod est opus, progreditur: licet sint infiniti qui cogant in immodestiam procedere, non obsequitur: vos ergo brutis deteriores estis.

VI. Idem Chrysost.

Si quis per contumeliam nos dicat canes, dolemus: nos autem quando nosipsos contumelia

melia afficimus, non verbo, sed opere, haud tantam adhibemus diligentiam animæ, quantam canibus, & nihil graue nos ferre putamus. Videtis quantis cuncta tenebris plena sunt? Quot sunt qui curãt canes, ne plus quàm par est impleantur, & ita vt efferi præ fame & esurie venentur, seipsos autem non curãt: & ita docent nos deliciari, vt & bestiæ Philosophiam discant, seipsos autem permittunt in ferinam sæuitiem degenerare. Ænigma dixisse videor: nam vbi sunt animalia philosopha? An non videtur tibi esse magnæ philosophiæ, quando canis mordet præ fame, postquam in venatione arripit & venatur, à præsenti esca abstinet, & mensam videns propositam, etiam fame vrgente expectat dominum? Erubescite à vobisipsis, docete ventres vestros vt sint philosophi. Nulla vobis defensio est: qui potest indere naturæ brutæ, quæ neq; loquitur, neq; rationem habet, tantã philosophiam, multo magis potest sibiipsi. Quia enim diligentiæ humanæ est, & non naturæ (oporteret alioquin omnes canes hoc habere)

fiatis saltē sicut canes. Vos me cogitis indè similitudines afferre. Oportebat .n. à cœlestib. Quoniam autem si dixero tale quid, dicitis quòd illa magna sunt, propter quod nihil dico cœleste. Et si dixero Paulum, dicetis quòd ille apostolus fuerit: si dixero hominem, dicetis quòd ille potuit: propter hoc neq; hominem dico, sed bestiam. Et bestiam quæ hoc non habet à natura, ne dicatis quòd natura, & non electione hoc fecit. Et hoc profectò mirabile, quòd non sua electione, sed tua diligentia: non quòd fatigata, non quòd cursu dilacerata, nō quòd suis laborib. apprehendit, considerat: sed omnib. illis foras mißis, domini præceptū seruat, & ventre fit superior. Etiam inquit, expectat enim laudari, expectat maiore frui mensa. Dic igitur & tibiipsi, quòd canis spe futuræ voluptatis præsentem contemnit, tu autem non vis spe futurorum bonorum, præsentia despicere: sed ille quidē scit quòd si intempestiuè & secus quàm domino placet alimentum degustat, etiam illo priuatur, & neque constitutos cibos accipit, sed plagas pro

alimento:

alimento: Tu autem n[redacted]uidere, et id quod à consuetudine didicit ille, hoc tu per rationem tuam non corrigis. Imitemur canes.

VII.[redacted].

Vt canis properans in enitendo, cæcos parit catulos: Ita præcipitata opera non possunt esse absoluta.

Prouerb 26.

Vt canis ad vomitum suum redit, sic stultus iterat stultitiam suam.

VIII. Chrysost. in 7. cap. Matth.

Sicut si canib. dederis sanctum, aut porcis margaritas, nec sanctum canes sanctificat, nec margaritæ nutriunt porcos, sed econtrà canes coinquinant sanctum, & porci margaritas sordidant, vel confringunt: Ita si hominibus caninos uel porcinos mores habentibus sanctum dederis, aut mysteria secreta crediderls, nec sanctum illos sanctificat, nec mysteria veritatis eos illuminant, sed econtrà ipsi sanctum coinquinant, & mysteria veritatis blasphemant.

IX. [redacted].

Canis quicquid excepit, protinus deuorat, & ſemper ad ſpem futuri hiat: Ita quod expectantibus fortuna proiecit, id ſine vlla voluptate demittimus, ſta[redacted]n alterius erecti.

X. Idem.

Herbam canariã canis ita mandit, vt homo non cernit niſi depaſtam, & percuſſus à ſerpente aliam quandam petit, ſed eam non decerpit inſpectante homine: Ita quidam diſciplinas à ſe repertas celant, ne proſint & alijs.

XI. Idem.

In philoſophiæ ſtudio ceu per metamorphoſin quandam, quidam velut aues facti conferunt ſe ad contemplationem naturæ, quidam ceu catellæ ad rixas & morſus ſophiſmatum & quæſtiuncularum.

XII. Idem.

Vt muti quidam canes, prius mordent, quàm latrant: ſunt enim & huiuſmodi, quos aliquot ipſe vidit: Ita quidam prius lædunt, quàm expoſtulent.

Idem

XIII. Idem.

Qui timiditate præsens negotium declinãt, atque ad alias nugas delabuntur, similes sunt (authore Platone) catulis qui lapides mordẽt, cum eos [redacted] non ausint attingere.

XIIII. Idem.

Vt canes Melitæi potissimum in delicijs sunt opulentis ac potentibus fœminis: Ita principes effœminati delicijs, plurimi faciunt adulatores, & ad gratiam omnia tum loquentes, tum facientes.

XV. Idem.

Canis ignotos allatrat, erga notos mitior, secundum Heraclitum: Sic inuidia nouos homines, & nuper eue[redacted]m infestat, in notos iam mitior.

XVI. Idem.

Vt canes, si irã effuderint in lapidem, aut saxum, mitiores sunt erga homines: Sic qui bilem in alienos euomuerit, placidior est erga suos.

XVII.

Sagitta infixa femori canis: Sic verbum

in corde ſtulti. Sicut enim canis non quieſcit, donec eiuſcemodi remouerit è femore ſuo: Ita nec ſtultus quieſcere poteſt, donec verbũ malum quod de proximo audiuit, alijs retulerit.

XVIII.

Nihil à paruulis, quos caniculorum improbitas fatigat, differunt diuites, quos ſcilicet omnes vndiq; allatrant, vellicant, diſtrahunt, non homines ſolùm, ſed illiberales illæ gulæ, ebrietatis, adulationis, petulantiæq; ſimul vniuerſæ paſsiones.

XIX. Prouerb.26.

Canem auribus tenet, qui tranſiens liti ſe ingerit, quæ ſua nihil refert.

XX. [redacted]

Vt ignaui canes omnibus ignotis allatrãt: Ita barbari quicquid non intelligunt, carpũt ac damnant.

XXI. Gregor. Naz. oratione quam habuit quum poſt ea quæ contra Maximum geſta fuerant, reuerteretur ex agro.

Timeo quoq;, quòd canes iam violenter paſtores

ſtores eſſe contendãt, quod mirum quidẽ eſt, quum nihil habeant paſtoris præterquàm vt comam præſcindant, quàm malè produxerãt qui neq; canes permanent, nec paſtores fiunt, excepto quod dilaniant, diſcerpunt, ac laborẽ diſſoluunt alienum: quoniam longè facilius eſt deſtruere, quàm cõſeruare. Et homo quidem, inquit Iob, naſcitur labore. fabricatur & nauis labore, per laborem etiam domus conſtruitur; occidere verò vel diſſoluere, aut incendere vnicuiq; eſt perfacilè. Quapropter ne nunc quidem admodum glorientur, qui canes in gregem inſtigare contendunt, qui nec vnicam ouem oſtendere poſſent quam congregaſſent vel ſaluaſſent. non enim benefacere didicerunt, qui ſcelera perpetrant. ſi autem gregem perturbant, hoc & tempeſtas modica, hoc et morbus paruus, hoc & beſtia vnica ſubitò inuadens facere poteſt.

XXII. Origenes Homilia ſuper illud Matth. Angelus dom. &c.

Sicut canis inſanus ſaxo percuſſus, dum percutientem ſequi non valet, ad ipſum furo

re conuertitur lapidem quem pedibus dentibusq; discerpere conatur: Non aliter Herodes sua præcipitatus iracũdia, solitoq; insanæ suæ mentis furore infantium cæde versatus et concitatus est.

XXIII. Chrysosto. in epistolam ad Hebræos.

Tanquam canis, ita diabolus diuitibus insilit, tanquam buccellam vel placentam tenẽti puerulo uolens auellere. Demus igitur ea patri, & si diabolus factum hoc viderit, omnino recedet. Cum verò recesserit, tunc ea patri omnia dabit in tuto, cum ille non poterit insectari in futuro seculo.

XXIIII. Chrysostomus.

Vt enim hi qui leonem domandum suscipiunt, solent arreptam caniculam baculo in cõspectu leonis cedere, vt leo clamore & eiulatu caniculæ territus mãsuefiat: Ita Deus proponit publica scelératorum supplicia, vt horũ exẽplo reliqui adeoq; maximi peccatores admoneantur suorum peccatorum, & resipiscant.

Idem.

XXV. Idem.

Canis impudens est ira, sed discat audire legem. Nónne si canis ita in caula ferox sit, vt non obediat imperanti pastori, neq; illius vocem agnoscat, omnia pereunt ac corrumpuntur? Cum ipsis ouibus pascitur, sed si illas depascitur, inutilis est ac occiditur. Si didicerit te audire, ale canem, vtilis est contra lupos, contra fures, contra latra latronũ principem latrans, non contra oues, neq; contra familiares: si non audiet, omnia corrumpit: si didicerit contemnere, omnia perdit. Quod igitur in te est mansuetum, ne consumat, sed custodiat ira & pinguefaciat, custodiet autem, & in magna securitate seruire faciet, si malas & pollutas cogitationes conficiat, si diabolũ persequatur vndequaquam: Sic mansuetudo seruatur, quando nunquam imputamus malum quiddã proximo. Sic venerabiles efficimur, quando non solemus esse impudentes: nihil enim ita impudentem facit, sicut mala conscientia.

Idem Chrysostomus.

Vis discere vt mansuetudo consumatur? quando malæ cogitationes illam perdomuerint, quamuis & hoc contingat, quia nõ stat canis multum latrans. Neq; sic desperandum: est enim nobis funda & lapis. Scitote quod dicitur. Est nobis & lancea, & pera, & sica, qua custodiemus cogitationes illæsas. Si canis aduletur quidem ouibus, ferociat autẽ contra externos & vigilet, virtus est canis; & licet esuriat, non tangat oues: & licet satur sit, non parcat lupis: Talis & ira sit, licet irritetur, mansuetudinem non amittat: licet quieta sit, contra malas cogitationes insurgat. Suum dominum etiam percutientem non relinquat, sed agnoscat: alienum autem etiam adulantem impetat. Adulatur diabolus sæpe sicut canis, sed sciant omnes alienum esse: Sic sanè & nos virtuti, etiamsi ardua & grauis sit, applaudamus, & malitiam, etiamsi exhilaret, auersemur: ne simus deteriores canibus, qui flagellati & constricti, non desciscunt.

XXVI. Idem.

Vt stultè agunt canes saxa mordere tonã-

tes, quando iacientes attingere non possunt: Ita et illi qui homini irato conuiciantur, aut aliâs vlciscuntur: Ipsi enim sunt ira, vel diabolo potius instigati, siue iactati.

XXVII. Chrys. de Lazaro cõtione. 3.

Quemadmo[redacted]stens mensæ, si viderit hominem vescentem, subinde aliquid eorum quæ in mensa sunt ipsi proijcientem, manet aßiduè: quòd si semel atq; iterum sic astitit, vt discesserit nihil adept9, protinus abstinet, velut qui iam frustrà et incassum aßistat: Itidem & [redacted]r nobis inhiat, si quod blasphemum verbum ipsi ceu cani proijciamus, hoc accepto rursus aggreditur. Quòd si perseueraueris gratias agere, iugulaueris illum fame, celeriterq; abegeris & aufugere coëgeris.

XXVIII. Idem.

Canis instar est voluptas: si pellitur, fugit: sin fouetur & nutritur, permanet.

[redacted].

Vt canes feroces ad omnem vocem irritantur, ad solam n[redacted]iarem mansue-

ſcunt: Sic animi morbi cum ſæuiunt, compeſci non poſſunt, niſi dicta adſint nota familiariaq́ꝫ, quæ commotos corripiant.

CAPRA.

[redacted]

Erūgium herbam ſi vni capræ in os inſeras, cum ipſa ſiſtitur, tum omnes conſiſtunt, donec paſtor herbam eximat: Ita principis mores mira vi in populum transfunduntur.

CAPREA.

[redacted]

Sicuti capreæ & coturnices venenis ſaginantur: Ita quidam aluntur maledictis & obtrectationibus.

Caſtor.

Fibri Pontici genitalia ſibiipſis amputant membra in venatu, quod ob hoc ſe peti intelligant, ita prudentis eſt aliquando facultatū iactura, vitæ conſulere.

[redacted]

CATVS.

[redacted]

Vt

Vt fele prætercurrente, tollunt è medio obsonia: Ita apparente curioso vertunt institutum sermonem, donec abierit, vt minus iam norit rerum quàm cæteri.

Idem.

Vt ælurus vnguentis efferatur, & in rabiem agitur: Ita quædam vxores insaniunt, si senserint in viris vnguenta.

CERVVS.

*Cerui, *onera inuicē portare, * & conuer* 1. 2.
*sationem piorum vtilē esse docent. *Deinde* 3.
*representant principes, * diuites, * timidos,* 4. 5.
**veloces * & desiderio flagrantes.* 6. 7.

I. Augustinus lib. 83. quæstionum quæst[illegible]

De ceruis nonnulli talium cognitionum studiosi scripserunt, cum fretum ad insulam transeunt pascuarū gratia, sic se ordinant, ut onera capita suorum, quæ gestāt in cornibus, super inuicem portent, ita vt posterior super anteriorem, ceruice caput collocet. Et quia necesse est vnum esse qui præcedens cæteros,

ante se non habeat cui caput inclinet, vicibus id agere dicuntur, vt lassatus sui capitis onere, & ei succedat cui ferebat caput, cùm ipse præiret: ita inuicem onera sua portantes, fretum transeunt, donec veniunt ad terræ stabilitatem. Istam fortasse seruorum naturam intenderat Salomon, cùm ait: Ceruus amicitiæ & pullus gratiarum tuarum colloquatur tecum. Nihil sic probat amicum, quemadmodũ oneris amici portatio.

II. Basilius in Psalm. Bened. Do.

Non aliter quàm ceruus venenum ex antris trahit halitu suo, & purgat: Ita quidam sua pia conuersatione alios à peccato retrahunt, & conuertunt.

III. [redacted].

Cerui cum arrexêre aures, acerrimi auditus sunt, cum remisere, surdi: Ita principes si quid est, quod placeat, id procul etiam percipiunt: si quid secus, quantumuis clames, non intelligunt.

IIII. Idem.

Cerui cùm cogantur sua cornua abijcere, tamen

tamen occultant ea, præcipue dextrū, ne medicamenti vis alijs sit vsui: Ita diuites nonnulli, cum ipsi diuitijs vti non queant, haud tamē sinunt alios frui.

V. Idem.

Vt ceruis frustra sunt ingentia cornua, cū desit animus: Ita non satis est opibus pollere, nisi fortitudo accesserit.

Hinc Turnus fugiens, ceruo comparatur, lib. 12. AEneid.

Inclusum veluti si quando flumine nactus
Ceruū, aut puniceæ septum formidine pennæ
Venator cursu canis, & latratibus instat:
Ille autem insidijs, & ripa territus alta,
Mille fugit, refugitq; vias.

VI. Psalm. 18.

Ipse fecit vt pedes mei non minus essent uèloces quàm sint ceruorum, & quoties opus fuit, veluti in æditis locis, vbi tutò mihi esse licebat, collocauit me. [redacted]

VII. Psalm. 49.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te

Deus. Quod fontes aquarum sunt ceruo venenato serpentium pabulo æstuanti, hoc Deus est animæ in hoc terreno corporis domicilio curis, afflictionibus, ac tentationibus lassescenti.

ECHINVS.

Vt echinus semper in spinis ingreditur, quòd spinas secum circumferat: Ita quibusdã in omni negocio acerbitas est, propterea quòd animo secum adferant asperitatem, etiam si res ipsa nihil habeat incommodi.

ELEPHAS.

1. 2. In Elephante consideratur * castitas, * di
3. 4. sciplina, * conuersatio, * moderatio.

I. Elephas quam impleuerit coitu, eam rursus non tangit.

II. Disciplina autem & eruditio elephanti, quem non faciat studiosiorem?

III. [redacted].

Vt elephanti cum nare non poßint, tamen amnibus impense delectantur, circaq; illos uagari gaudent: Ita quidam cum literas nesciãt, tamen

tamen inter eruditos versari gaudent.

IIII. Idem.

Vna sylua pluribus elephantis sufficit, homo vero pascitur vix terra & mari.

EQVVS.

**Hinc piorum & impiorum discrimen,* 1.
**ac unde virtutis iudiciũ sumi debeat, ostendi* 2.
*tur.*Exempla ingrati, * reprobæ mentis &* 3. 4.
**timore Dei vacantis proponuntur.*Disci-* 5. 6.
plinam esse necessariam in genere docetur.
**& peculiariter de legis vsu ac * obseruati* 7. 8.
*one.*De cõtumatia relinquenda,*iniuria per* 9. 10.
ferenda, lapsu emendando,*prosperitate no* 11. 12.
*cente,*corpore castigando,*lingua coërcen-* 13. 14.
*da, * sermone temperando, * idq; cito, * &* 15.16.17.
*aßidue. *Itẽ peculiariter de sacerdotum pru* 18.
dentia ac gaudio, *priuatim vero de Paulo* 19. 20,
*apostolo. *Postremò de magistratuũ reueren* 21.
*tia, & * diuitum ingenio.* 22.

I. Chrysostomus.

Sicut peccatores, equi sunt diaboli: Ita et sancti, equi dicuntur Christi.

II. Idem cum de expulsione sua ageretur.

Quæ sit virtus, similitudinem ex corporeis substantijs capiamus. Verbi gratia, uideamus quæ sit equi virtus. Nunquid in argenteis frænis pulchrisq́; tapetibus, ac sericis flãmulis, phalerisq́; gemmatis, iubaq́; aureis intexta funiculis equi virtus iudicatur: an velocitate cursus, fortitudine pedũ, gressusq́; cautela, ac pectoris firmitate, cunctisq́; quæ itineri conficiendo apta vidẽtur, aut prælijs peragendis, vt vel interritus hostem petat, vel in aduersis proprium poßit ab exitio liberare sessorem? Nónne in his potius, equi virtutem, quàm in illis, de quibus supradictum est, declarari?

Idem de pœnit. sermo. 4.

Eum equum laudare maximè conuenit, qui vlla sine habenarum vi pro nutu compescitur. Si vero freno cogente eum commodè subegeris, nequaquàm mirum. Neque enim pecudis generositati, sed freni neceßitati huiusmodi moderatio tribuetur. Identidem & in

animæ licet intueri, quod imminente timore si tranquillè perseuerat, nequaquàm mirum. Cùm verò tentatio ipsa quieuerit, atq; timoris quis amouerit frenum, tunc vim mihi animæ philosophantis ostende, modestiamq; omnem.

IIII. Psalm. 32.

Tantum ne similes efficiamini equo vel mulo, qui non solum nihil intelligit beneficiorum in se collatorum: sed capistro vel fræno os eius constringere oportet, ne appropinquet & mordeat vos.

IIII. Hierem. 8. cap.

Omnes cõuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium.

V. Chrysostomus de uerbis Isaiæ, Vidi dominum sedentem. homil. 5.

Anima sublata in arrogantiã, monstrum horrendum. Semel enim desperata salute, nequaquam desinit furere, verùm habenas laxans, irrationabilibus cupiditatibus quôuis rapitur, nec aliter quàm equus ferociens, vbi frenũ ore, sessorem tergo excussit, fertur quo-

uis vento velocius, omnibus obuijs intolerabilis, diffugientibus cunctis, neq; quoquam audente cohibere: Sic & anima quæ Dei timorem ipsam refrenantem excußit, vbi rationis habenas moderantem eiecit, ad quæuis malitiæ loca decurrit, donec in exitij barathrū delata, præcipitarit suam ipsius salutem.

VI. Eccle.30.

Equus non domitus euadit durus, et filius dissolutus euadit præceps.

Equos agrestes & indomitos apprehenses, licet recalcitrent ac mordeant, in tam breui tempore ita periti erudiunt, vt eques ex cōposito incessu insidens oblectetur. Animam autem, quum absq; ordine graditur, nullus curat, sed & saltat & calcitrat & humi trahit, sicut puellus, & multa fœdè agit, & nullus illi adhibet psalides & retinacula pedum, & frenos, neq; insidet peritus eques, Christū dico, propter hoc omnia confusa sunt.

Quemadmodum bonus equus, & quanto ex natura velocior & feruentior, tanto meolior, tamen auriga & gubernatore opus habet,

bet, vtpote expers rationis, qui vbi ascensorem senserit, ipse quidem suo conatur vti ingenio: si verò auriga competenter iumentum moderabitur, illo ad suum commodum vtetur, & scopo præfixo potietur, & ipse seruabitur, & optimus apparebit iumenti vsus: si verò malè ducet, pullum maximè, & pullus plerunq; à via publica ad auia declinabit, & in præceps aliquando simul cum ipso insessore auferetur, & per aurigæ negligentiam & ignauiam vterq; in periculum rapietur: Tale quid & de anima & corpore intellige: nam corpus quidem naturales motus accepit, non absurdos ac prauos, sed omnino ad aliquid bonos & vtiles. Rationis autem expers est, vt rationis prærogatiuis cohonestetur anima. Si nanq; ipsa corporis motus condignè disposuerit, & corpus seruabit, & ipsa periculo vacabit. Si vero gubernationem corporis neglexerit, somnoq; oppressa, socordiæ moderationem illius permiserit, & ipsa tanquam rationis expers à recto excidet, & animam paribus ex æquo lapsibus ac ruinis inuoluet, nō

re conuertitur lapidem quem pedibus dentibusq; discerpere conatur: Non aliter Herodes sua præcipitatus iracũdia, solitoq; insanæ suæ mentis furore infantium cæde versatus et concitatus est.

XXIII. Chrysosto.in epistolam ad Hebræos.

Tanquam canis, ita diabolus diuitibus insilit, tanquam buccellam vel placentam tenẽti puerulo uolens auellere. Demus igitur ea patri, & si diabolus factum hoc viderit, omnino recedet. Cum verò recesserit, tunc ea patri omnia dabit in tuto, cum ille non poterit infectari in futuro seculo.

XXIIII. Chrysostomus.

Vt enim hi qui leonem domandum suscipiunt, solent arreptam caniculam baculo in cõspectu leonis cedere, vt leo clamore & eiulatu caniculæ territus mãsuefiat: Ita Deus proponit publica scelerat orum supplicia, vt horũ exẽplo reliqui adeoq; maximi peccatores admoneantur suorum peccatorum, & resipiscant.

Idem.

XXV. Idem.

Canis impudens est ira, sed discat audire legem. Nónne si canis ita in caula ferox sit, vt non obediat imperanti pastori, neq; illius vocem agnoscat, omnia pereunt ac corrumpuntur? Cum ipsis ouibus pascitur, sed si illas depascitur, inutilis est ac occiditur. Si didicerit te audire, ale canem, vtilis est contra lupos, contra fures, contra latra latronũ principem latrans, non contra oues, neq; contra familiares: si non audiet, omnia corrumpit: si didicerit contemnere, omnia perdit. Quod igitur in te est mansuetum, ne consumat, sed custodiat ira & pinguefaciat, custodiet autem, & in magna securitate seruire faciet, si malas & pollutas cogitationes conficiat, si diabolũ persequatur vndequaquam: Sic mansuetudo seruatur, quando nunquam imputamus malum quiddã proximo. Sic venerabiles efficimur, quando non solemus esse impudentes: nihil enim ita impudentem facit, sicut mala conscientia.

Idem Chrysostomus.

Vis discere vt mansuetudo consumatur? quando malæ cogitationes illam perdomuerint, quamuis & hoc contingat, quia nō stat canis multum latrans. Neq; sic desperandum: est enim nobis funda & lapis. Scitote quod dicitur. Est nobis & lancea, & pera, & sica, qua custodiemus cogitationes illæsas. Si canis aduletur quidem ouibus, ferociat autē contra externos & vigilet, virtus est canis: & licet esuriat, non tangat oues: & licet satur sit, non parcat lupis: Talis & ira sit, licet irritetur, mansuetudinem non amittat: licet quieta sit, contra malas cogitationes insurgat. Suum dominum etiam percutientem non relinquat, sed agnoscat: alienum autem etiam adulantem impetat. Adulatur diabolus sæpe sicut canis, sed sciant omnes alienum esse: Sic sanè & nos virtuti, etiamsi ardua & grauis sit, applaudamus, & malitiam, etiamsi exhilaret, auersemur: ne simus deteriores canibus, qui flagellati & constricti, non desciscunt.

XXVI. Idem.

Vt stultè agunt canes saxa mordere tonā

tes

tes, quando iacientes attingere non poſſunt: Ita et illi qui homini irato conuiciantur, aut aliâs vlciſcuntur: Ipſi enim ſunt ira, vel diabolo potius inſtigati, ſiue iactati.

XXVII. Chryſ. de Lazaro cõtione. 3.

Quemadm[redacted]*ſtens menſæ, ſi viderit hominem veſcentem, ſubinde aliquid eorum quæ in menſa ſunt ipſi proijcientem, manet aſsiduè: quòd ſi ſemel atq; iterum ſic aſtitit, vt diſceſſerit nihil adept⁹, protinus abſtinet, velut qui iam fruſtrà et incaſſum aſsiſtat: Itidem & *[redacted]*r nobis inhiat, ſi quod blaſphemum verbum ipſi ceu cani proijciamus, hoc accepto rurſus aggreditur. Quòd ſi perſeuraueris gratias agere, iugulaueris illum fame, celeriterq; abegeris & aufugere coëgeris.*

XXVIII. Idem.

Canis inſtar eſt voluptas: ſi pellitur, fugit: ſin fouetur & nutritur, permanet.

[redacted].

Vt canes feroces ad omnem vocem irritantur, ad ſolam n[redacted]*iarem manſue-*

ſcunt: Sic animi morbi cum ſæuiunt, compeſci non poſſunt, niſi dicta adſint nota familiariaq́ue, quæ commotos corripiant.

CAPRA.

[redacted]

Erugium herbam ſi vni capræ in os inſeras, cum ipſa ſiſtitur, tum omnes conſiſtunt, donec paſtor herbam eximat: Ita principis mores mira vi in populum transfunduntur.

CAPREA.

[redacted]

Sicuti capreæ & coturnices venenis ſaginantur: Ita quidam aluntur maledictis & obtrectationibus.

Caſtor.

Fibri Pontici genitalia ſibiipſis amputant membra in venatu, quod ob hoc ſe peti intelligant, ita prudentis eſt aliquando facultatũ iactura, vitæ conſulere.

[redacted]

CATVS.

[redacted]

Vt

Vt fele prætercurrente, tollunt è medio obsonia: Ita apparente curioso vertunt institutum sermonem, donec abierit, vt minus iam norit rerum quàm cæteri.

Idem.

Vt ælurus vnguentis efferatur, & in rabiem agitur: Ita quædam vxores insaniunt, si senserint in viris vnguenta.

CERVVS.

*Cerui, *onera inuicē portare, * & conuer* 1. 2.
*sationem piorum vtilē esse docent. *Deinde* 3.
*representant principes, * diuites, * timidos,* 4. 5.
**veloces * & desiderio flagrantes.* 6. 7.

I. Augustinus lib. 83. quæstionum quæ[redacted]

De ceruis nonnulli talium cognitionum studiosi scripserunt, cum fretum ad insulam transeunt pascuarū gratia, sic se ordinant, ut onera capita suorum, quæ gestāt in cornibus, super inuicem portent, ita vt posterior super anteriorem, ceruice caput collocet. Et quia necesse est vnum esse qui præcedens cæteros,

ante se non habeat cui caput inclinet, vicibus id agere dicuntur, vt lassatus sui capitis onere, & ei succedat cui ferebat caput, cùm ipse præiret: ita inuicem onera sua portantes, fretum transeunt, donec veniunt ad terræ stabilitatem. Istam fortasse seruorum naturam intenderat Salomon, cùm ait: Ceruus amicitiæ & pullus gratiarum tuarum colloquatur tecum. Nihil sic probat amicum, quemadmodũ oneris amici portatio.

II. Basilius in Psalm. Bened. Do.

Non aliter quàm ceruus venenum ex antris trahit halitu suo, & purgat: Ita quidam sua pia conuersatione alios à peccato retrahunt, & conuertunt.

III. [redacted].

Cerui cum arrexêre aures, acerrimi auditus sunt, cum remisere, surdi: Ita principes si quid est, quod placeat, id procul etiam percipiunt: si quid secus, quantumuis clames, non intelligunt.

IIII. Idem.

Cerui cùm cogantur sua cornua abijcere,

tamen

tamen occultant ea, præcipue dextrũ, ne medicamenti vis alijs sit vsui: Ita diuites nonnulli, cum ipsi diuitijs vti non queant, haud tamẽ sinunt alios frui.

V. Idem.

Vt ceruis frustra sunt ingentia cornua, cũ desit animus: Ita non satis est opibus pollere, nisi fortitudo accesserit.

Hinc Turnus fugiens, ceruo comparatur, lib. 12. AEneid.

Inclusum veluti si quando flumine nactus
Ceruũ, aut puniceæ septum formidine pennæ
Venator cursu canis, & latratibus instat:
Ille autem insidijs, & ripa territus alta,
Mille fugit, refugitq; vias.

VI. Psalm. 18.

Ipse fecit vt pedes mei non minus essent uèloces quàm sint ceruorum, & quoties opus fuit, veluti in æditis locis, vbi tutò mihi esse licebat, collocauit me. [redacted]

VII. Psalm. 49.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te

Deus. Quod fontes aquarum sunt ceruo venenato serpentium pabulo æstuanti, hoc Deus est animæ in hoc terreno corporis domicilio curis, afflictionibus, ac tentationibus lassescenti.

ECHINVS.

Vt echinus semper in spinis ingreditur, quòd spinas secum circumferat: Ita quibusdã in omni negocio acerbitas est, propterea quòd animo secum adferant asperitatem, etiam si res ipsa nihil habeat incommodi.

ELEPHAS.

1. 2. In Elephante consideratur * castitas, * di
3. 4. sciplina, * conuersatio, * moderatio.

I. Elephas quam impleuerit coitu, eam rursus non tangit.

II. Disciplina autem & eruditio elephanti, quem non faciat studiosiorem?

III. [redacted].

Vt elephanti cum nare non possint, tamen amnibus impense delectantur, circaq; illos uagari gaudent: Ita quidam cum literas nesciãt, tamen

tamen inter eruditos versari gaudent.

IIII. Idem.

Vna sylua pluribus elephantis sufficit, homo vero pascitur vix terra & mari.

EQVVS.

**Hinc piorum & impiorum discrimen,* 1.
**ac unde virtutis iudiciũ sumi debeat, ostendi* 2.
*tur. *Exempla ingrati, * reprobæ mentis &* 3. 4.
**timore Dei vacantis proponuntur. *Disci-* 5. 6.
plinam esse necessariam in genere docetur.
**& peculiariter de legis vsu ac * obseruati* 7. 8.
*one. *De cõtumatia relinquenda, *iniuria per* 9. 10.
*ferenda, * lapsu emendando, *prosperitate no* 11. 12.
*cente, *corpore castigando, *lingua coërcen-* 13. 14.
*da, *sermone temperando, * idq; cito, * &* 15.16.17.
*aßidue. *Itẽ peculiariter de sacerdotum pru* 18.
dentia ac gaudio, *priuatim vero de Paulo* 19. 20,
*apostolo. *Postremò de magistratuũ reueren* 21.
*tia, & * diuitum ingenio.* 22.

I. Chryſoſtomus.

Sicut peccatores, equi sunt diaboli: Ita et sancti, equi dicuntur Christi.

II. Idem cum de expulsione sua age retur.

Quæ sit virtus, similitudinem ex corporeis substantijs capiamus. Verbi gratia, uideamus quæ sit equi virtus. Nunquid in argenteis frænis pulchrisq; tapetibus, ac sericis flãmulis, phalerisq; gemmatis, iubaq; aureis intexta funiculis equi virtus iudicatur: an velocitate cursus, fortitudine pedũ, gressusq; cautela, ac pectoris firmitate, cunctisq; quæ itineri conficiendo apta vidẽtur, aut prælijs per agendis, vt vel interritus hostem petat, vel in aduersis proprium poßit ab exitio liberare sessorem? Nónne in his potius, equi virtutem, quàm in illis, de quibus supradictum est, declarari?

Idem de pœnit. sermo. 4.

Eum equum laudare maximè conuenit, qui vlla sine habenarum vi pro nutu compescitur. Si vero freno cogente eum commodè subegeris, nequaquàm mirum. Neque enim pecudis generositati, sed freni neceßitati huiusmodi moderatio tribuetur. Identidem & in anima

animæ licet intueri, quod imminente timore si tranquille perseuerat, nequaquàm mirum. Cùm verò tentatio ipsa quieuerit, atq; timoris quis amouerit frenum, tunc vim mihi animæ philosophantis ostende, modestiamq; omnem.

III. Psalm.32.

Tantum ne similes efficiamini equo vel mulo, qui non solum nihil intelligit beneficiorum in se collatorum: sed capistro vel fræno os eius constringere oportet, ne appropinquet & mordeat vos.

IIII. Hierem.8.cap.

Omnes cõuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium.

V. Chrysostomus de uerbis Isaiæ, Vidi dominum sedentem. homil.5.

Anima sublata in arrogantiã, monstrum horrendum. Semel enim desperata salute, nequaquam desinit furere, verùm habenas laxans, irrationabilibus cupiditatibus quôuis rapitur, nec aliter quàm equus ferociens, vbi frenũ ore, sessorem tergo excussit, fertur quo-

bet, vtpote expers rationis, qui vbi ascensorem senserit, ipse quidem suo conatur vti ingenio: si verò auriga competenter iumentum moderabitur, illo ad suum commodum vtetur, & scopo præfixo potietur, & ipse seruabitur, & optimus apparebit iumenti vsus: si verò malè ducet, pullum maximè, & pullus plerunq; à via publica ad auia declinabit, & in præceps aliquando simul cum ipso insessore auferetur, & per aurigæ negligentiam & ignauiam vterq; in periculum rapietur: Tale quid & de anima & corpore intellige: nam corpus quidem naturales motus accepit, non absurdos ac prauos, sed omnino ad aliquid bonos & vtiles. Rationis autem expers est, vt rationis prærogatiuis cohonestetur anima. Si nanq; ipsa corporis motus condignè disposuerit, & corpus seruabit, & ipsa periculo vacabit. Si vero gubernationem corporis neglexerit, somnoq; oppressa, socordiæ moderationem illius permiserit, & ipsa tanquam rationis expers à recto excidet, & animam paribus ex æquo lapsibus ac ruinis inuoluet, nō

ex propria malitia, sed per illius negligētiam. Si igitur affectiōes corporis animæ essent indomabiles, meritò culpa daretur corpori. Si verò multis subditæ ac morigeræ fuerunt, qui illas coërcere studuerunt, sine culpa quidē est corpus, & reprehensibile his qui illud tanquam malitiæ autorem traducere conantur: anima verò culpabilis est propter negligentiam, quæ ad corporis obtinendum dominium instructa est, neq; ipsa ex natura malum in se habens, sed ex neglectu boni in malo constituta.

VII. Chrysost. ad Hebr. Hom. 35.

Lex & Prophetæ quasi repagula, & frenum equo indomito, quibus eius contra rationem insultus compesceretur, ita equorum domitores solent.

Idem.

Quemadmodum equi freno morigeri, omniaq; ex sese facientes, non opus habent scutica: Sic & anima quæ impulsu spiritus recta facit, non eget admonitrice lege.

VIII. Idem ad Timoth. hom. 2.

Quemad-

Quemadmodum fræno legitimè vtitur nō is equus, qui lasciuit, neq; qui mordet, sed qui pulchrè agitur: Ita & is lege vtitur legitimè, nō qui literæ necessitate, sobriè, ac iustè viuere cogitur, sed qui nouit quòd ipsa non indiget: & qui non metu legis rectè factis insistit, sed virtutis tantùm gratia, hic securè ac legitimè vtitur lege.

IX. Guilielmus Paraldus.

Sicut equus videns non est idoneus currere ad molam: Sic qui habet proprium sensum, non est aptus voluntati obedientiæ.

X. Chrysostomus.

Qui ad stimulos calcitrat, seipsum ferit: cōtrà verò qui magno animo iniuriam perfert, ceu silex ignis & stimulus aduersarium vlciscitur: præsertim cum nullas vires iniuriantes habeant, sed ceu lutum facilè dissoluantur. Non ergo iniuriam pati, sed iniuriam facere, & nescire pati, malum est.

XI.

Pleriq; equorum cùm ceciderint, se iactare consuerunt, & quos casus non læserit, ia-

ctando se debilitant & frangunt. Alij (qualis Græcorum equorum fertur natura) cũ in certamine curuli elisi fuerint, uel fortuitò ceciderint, nequaquã se mouere cõsuerũt, et quandã tenent quietis et patientiæ disciplinã. His si casus non nocuit, quies prodest, certè nõ acerbatur offensio. Nónne mutis animalib. deteriores æstimandi, qui se in flagitijs suis iactant, et putãt insigne esse uirtutis, ubi lapsus est criminis? Insipiens enim delectatur in errorib. suis, et nouis vetera obumbrando peccatis se existimat adiuuari, ideoq; exultat in crimine.

XII. Basilius.

Quod in equis accidere solet, hoc in hominibus quibusdam, vt quo copiosius ipsis suppetunt necessaria, hoc euadant ferociores.

Equo fustẽ in os inserũt, ne mordeat, ita homini calamitates ĩmittit domin9, ne ferociat.

XIII. Augustinus de salutarib. documentis, cap. 35.

Sicut equis frena sunt imponenda: Ita corpora nostra ieiunijs, vigilijs, & orationibus sunt infrenanda. Nam quemadmodum auri-

gæ si frena laxauerint, per præcipitia ducuntur: Ita & anima nostra cum ipso corpore, si ei frenum non imposueris, ad inferni præcipitia dilabitur.

Chrysostomus.

Sicut vides eos qui delicijs vacant obæsos atq; crassos, ita & equos mole corporis grauatos videre est, qua difficultate impellãtur, quantumque laboris aurigis exhibeant: optabile est facilem & expeditũ agentẽ, equũ brauium accipere: cum autem eum auriga trahere cogitur, & frequentißimè cadentem stimulans, nec ita quidem excitare potest, licet ipse sit valde peritus, victoria priuabitur. Ne nostram contemnamus animam, propter corpus calumniam patientes, verùm illam faciamus perspicatiorem, alas ei leues nectamus, molliora vincula, rationibus eam pascamus.

XII. Idem in Matth. homil. 50.

Magis vertice ipso capitis linguam tuam custodi: regius quidem equus est lingua. Si ei frænum immiseris, doctrina tua gradarium feceris, ascendet in eum rex, & quiescet in eo:

si autem nullo fræno domueris, sed huc atq; illuc infrænem iactari permiseris, diaboli eum vehiculum fecisti.

XV. Tyrius Platonicus serm.37.

Equi furor regitur fræno, regitur habenis equitis, aurigæq; arte. Hominem verò versat oratio minimè ignaua, minimè neglecta: sed quæ lenitate atq; acrimonia temperata nequáquàm otium auditoribus præbet, vt voces dũtaxat ac vocum voluptates inquirãt: sed illos potius excitet. Sæpius autem lenitate quàm austeritate profueris. quia neque equus ferox & adultus, absq; assentatione & demulsione, freni susciperet tyrrannidem.

XVI. Chrysostomus.

Dum tempus est, equum cohibeamus, ne sessorem subuertamus: iræ amputemus alas, nec amplius in altum extolletur.

XVII.

Equus si nõ aßidui sessoris patitur calcem, & frenis ora ferratis obteritur, indurescit: Sic pueritia si nulla plagæ aßiduitate curuetur,

tur, insolentem simul & ad vitia præcipitem iuuenem reddet.

XVIII.

Lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat: ita auditorum in contionibus ratio habenda. [redacted]

XIX.

Ipse irrationalis equus de stabulo exiliens, si viderit campos patentes, rapit frenum & excitatur ad cursum: Sic & omnis sacerdos, cùm viderit ecclesiam plenam, gaudet animus eius, & delectatur vt doceat: si autem viderit ecclesiam vacuam, confunditur, & nihil dicere potest.

XX.

Quemadmodum equus præcipitiũ aliquod præruptumq; cliuum transiturus se colligit, quasi hunc vno saltu exuperaturus foret: verùm profundum despiciens hiatum subiacere, obstupescit metu contrahiturq;: deinde quum sentit equitem vehementius vrgere, rursum aggreditur, ide[redacted]*perfert, necessitatem & vim indicans, subsistit aliquandiu.*

hinnitum mussitans super oram foueæ, resumpto tandẽ animo se vltrò fidenter adigit: Sic et beatus Paulus ueluti se daturus in præceps, in laudum suarum recitationem, semel atque iterum ac tertio, & subinde sæpius recedit.

XXI. [redacted]

Alexander Bucephalum iam senem ab alijs equis gestandum curare solebat, donec ad hostem ventum esset, vt integer ad pugnam veniret: ita senum magistratuũ vtendum opera, vt eis adimatur, quantum potest laboris, ad necessitatem vsus illorum reseruetur.

XXII. Idem.

Bucephalus Alexandri Magni equus, quoties nudus esset, equisonem in tergum admittebat, ornatus regijs phaleris neminem ferebat, nisi regem ipsum, in reliquos omneis fero ciebat: Ita quidam tenues quemuis ferunt, diuites facti, despiciunt vulgares.

EQVA.

[redacted]

Vt equæ conspecta in aquis forma sua, agun-

agũtur in rabiem, autore Columella: Ita quidam nimium admirãtes sua, ad insaniam usque redduntur insolentes.

HYAENA.

**Hyæna typus est crebræ mutationis, *grauis inimicitiæ, *perniciosæ adulationis, *frugiferæ tyrannidis.* 1. 2. 3. 4.

I. [redacted].

Hyæna sicut & ichneumon, nunc mas est, nunc fœmina: Ita quidam sui dissimiles, nunc fortia loquuntur, nunc mollia: nunc philosophi sunt: nunc nepotes: nunc amici, nunc inimici.

II. Idem.

Hyæna uocem humanam imitatur, & nomen alicuius ediscit, quem euocatum lacerat: Ita quidam obsequio blandiũtur, donec in perniciem trahant.

III. Ecclesiastici.

Quæ pax hyænæ ad canem, & quæ pax diuiti ad pauperem.

IIII. [redacted]

HYSTRIX.

Hystrix non iaculatur spinas suas, nisi cũ prouocatur aut vrgetur: At scurra in quemuis sua dicta torquet.

LEO.

1. 2. *Leo ex parte refert * Christum, * diabolũ,*
3. 4. ** hominẽ principem, huiusq; iram, * timorem*
5. 6. 7. ** clementiam, * inclementiam * & quomodo dometur.* [redacted]
8. 9. ** Refert & præfectum ecclesiæ, & * quic*
10. *quid excellit. * quòd sero prouenire soleat, spe ciem habet virtutum & vitiorum. Virtutũ*
11. 12. 13. *vt * prouidentiæ, * fortitudinis, * disciplinæ.*
14. 15. 16. *Vitiorũ, * rapinæ, * & violentiæ, * non satiãdæ. quanquam hoc postremum per dissimile proponitur.*

I. Apocalypſ. 5.

Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, vt aperiat librum, & soluat septem signacula eius.

II. 1. Pet. 5.

Aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens obambulat, [redacted] *deuoret.*

Pro-

III. Prouerbiorum 20.

Terror regis est perinde vt rugitus leonis, qui illum prouocat ad iram, peccat cōtra animam suam.

Prouerbiorum 19.

Ceu fremitus leonis est ira regis.

IIII. [redacted].

Leo cunctis formidatum animal, cantum ac cristam galli formidat: Ita summi principes infimorum conuicia nonnunquam timere coguntur.

V. Idem.

Sicut leo citius sæuit in virum quàm in fœminam, pueros non nisi summa fame coactus attingit, simplicibus ac prostratis parcit: Ita potentes infirmioribus debent ignoscere, vires in alios experiri, quos vincere pulchrum sit.

VI. Prouerbiorum 28.

Ceu leo rugiens, & vrsus cum fremitu discurrens, est princeps impius paupereculæ plebi.

VII. [redacted].

Iniecto in oculos sago, leo sine vllo negocio capitur, alioqui inexpugnabilis: Ita facillimum est potentissimum etiam domare, modò cognitum sit illius ingenium.

VIII. Ezechielis 22.

Coniuratio Prophetarum in medio eius: Sicut leo rugiens, ra[redacted]*, animas deuorauerunt, opes & pretium acceperunt, viduas eius multiplicauerũt in medio eius.*

Cõcionatoris itẽ est, suos affectus prius cõpescere, posterius demũ aliorum. Id declaratur à circumducentibus leones. Ne vadas (inquit ex patribus quidam) cum affectibus ceu bestijs in forum, donec benè imponas eis frænũ, donec ipsas mansuefacias, & manum tuam sequantur. Non vides hos qui mansuetos leones circunducunt, quantum lucrifaciant, & quanta sint in admiratione, quia in feroci bestia talem mansuetudinẽ operati sunt: si autem subitò ferociat ille, omnis turba quæ in foro, submouetur, et periclitatur postea homo, qui circunducit illum, & perditionis aliorum factus est autor. Et tu[redacted]*mansuefacias*

cias prius, & tunc circunducito, non vt pecuniam accipias, sed vt lucrum, cui nullũ par est, lucrifacias. Nihil enim par est iustitiæ, quæ & poßidentibus et vtentibus valde vtilis est.

IX. [redacted]

Qui studeat Plato esse doctrina, dormire cum beata vetula, vt Euphorion: cum Alexandro potare, vt Medius: diues esse, vt Ismenias: virtute præcellens, vt Epaminondas: doleatq́; quòd vnus non sit hæc omnia: Perinde facit, ac si molestè ferat, quòd non sit leo montanus, & idem Melitæa catella in sinu viduæ diuitis.

X. Idem.

Leonis catuli informes nascuntur, vix ingrediuntur semestres, non mouentur nisi bimestres: Ita quæ egregia futura sunt, serò proueniunt, & lentis auctibus absoluuntur.

XI. Idem.

Quemadmodum aquilæ & leones cum ambulant, introrsum vertunt vngues, ne conterantur, ac seruant in prædam illorum aciem:

Sic animi uigorem non conuenit alienis rebus noscendis absumere, sed seruare ad vsum necessariorum.

XII.

Quem non pudeat per metũ peccare, cum non solum leonis anim[redacted]*gitat.*

Prouerbiorum.28.

Fugiunt nemine persequente impij, iusti vt leones confidunt.

Verg. de Turno. lib. 12. AEneid.

Vltro implacabilis ardet,
Attollitq; animos. Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus,
Tũ demũ mouet arma leo, gaudetq;, comãteis
Excutiens ceruice toros fixumq; latronis
Impauidus frangit telũ, et fremit ore cruẽto.
Haud secus accenso gliscit violentia Turno.

XIII. Chrysosto. in Matth. hom. 4.

Leonem quidem mitigas reddisque tractabilem: furorem verò animi tui omni prorsus efficis leone sæuiorem. In mitigando leone, quũ duo sint impedimenta vel maxima, quod fera ipsa ratione priuatur, & longe amplius animantium

mantium alterius generis excedit furorem, tu tamen de copia donatæ tibi à Deo sapientiæ, ipsam superas arte naturam. Qui igitur naturam vincis in bestijs, cur in teipso naturæ obfuscas bonum, dum malum adamas voluptatis.

XIIII. Amos.3.

Nunquid ambulabunt duo pariter nisi conuenerit eis? nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam? nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit?

Psalm.17.

Quisque illorum similis est leoni, qui maximo studio inhiat prædæ, & catulo leonis qui insidiatur ex locis occultis prætereũti ouiculæ.

XV. Numeri.23.

Ecce populus vti leæna consurget, et quasi leo erigetur: non accusabit, donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat.

Micheæ.5.

Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorũ multorum, quasi leo in iumentis syluarum,

et quasi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cum transierit, & conculcauerit, & ce perit, non est qui eruat.

XVI. Chrysost. homil. 4. in Matth.

Dissimile *Siquidem vniuersa vitia & crudelitatis plena sunt, & auiditatis, nósque quotidie deuorare non desinunt: Itaq; dentes eorum non immeritò esse dixerim dentes leonum, imò etiam sæuiores. Nam leo quidem simul vt fuerit expletus, semesum continuo cadauer relinquit: hæc verò vitia nec satiantur aliquando, nec ab anima nostra vsquàm recedunt, captumque à se hominem diabolo simillimũ faciunt. Quorum certe tanta vis est, vt seruitium quod Christo Paulus impendit, sibi potius à suis captiuis exigant. Nam si vel amore corporum, vel cupiditate pecuniarũ, vel gloriæ aliquis delectatione capiatur, & regnum, & gehennam continuò contemnit, dummodo vitijs obsequatur.*

LEAENA.

Marcus Erem.

Sicut

Sicut leæna iuuencam amico non accedit animo: Ita neq; impudentia tristitiam secundum Deum beneuolè libenter recipit.

LEPVS.

**Lep⁹ designat diuites, *fœneratores, *uersutos.* 1. 2. 3.

I. Marcus Erem.

Quemadmodum inter animantia ceruus & lepus, ob natiuam timiditatem, maximè cæteris obnoxia sunt: sus autem & taurus et leo, haud facilè in potestatem insidiatoris cadunt: Tale videre quiddam in diuitum et pauperum gente licet. Hic leoni, tauro similis est, ille lepori, ceruo. Quem enim non metuit diues? an non latrones? an non potentes? an non inuidos? an non calumniatores? Et quid calumniantes & latrones dico? familiares suos suspectos habet: aut quid viuens dico, quando ne mortuus quidem grassantium improbitate liber est? &c.

II. [redacted].

Lepus simul parit, & aliud alit, & rur-

ctando se debilitant & frangunt. Alij (qualis Græcorum equorum fertur natura) cũ in certamine curuli elisi fuerint, uel fortuitò ceciderint, nequaquã se mouere cõsuerũt, et quandã tenent quietis et patientiæ disciplinã. His si casus non nocuit, quies prodest, certè nõ acerbatur offensio. Nónne mutis animalib. deteriores æstimandi, qui se in flagitijs suis iactant, et putãt insigne esse uirtutis, ubi lapsus est criminis? Insipiens enim delectatur in erroríb. suis, et nouis vetera obumbrando peccatis se existimat adiuuari, ideoq́; exultat in crimine.

XII. Basilius.

Quod in equis accidere solet, hoc in hominibus quibusdam, vt quo copiosius ipsis suppetunt necessaria, hoc euadant ferociores.

Equo fustẽ in os inserũt, ne mordeat, ita homini calamitates ĩmittit domin9, ne ferociat.

XIII. Augustinus de salutarib. documentis, cap. 35.

Sicut equis frena sunt imponenda: Ita corpora nostra ieiunijs, vigilijs, & orationibus sunt infrenanda. Nam quemadmodum auri-

gæ si frena laxauerint, per præcipitia ducuntur: Ita & anima nostra cum ipso corpore, si ei frenum non imposueris, ad inferni præcipitia dilabitur.

Chrysostomus.

Sicut vides eos qui delicijs vacant obæsos atq; crassos, ita & equos mole corporis grauatos videre est, qua difficultate impellātur, quantumque laboris aurigis exhibeant: optabile est facilem & expeditū agentē, equū brauium accipere: cum autem eum auriga trahere cogitur, & frequentißimè cadentem stimulans, nec ita quidem excitare potest, licet ipse sit valde peritus, victoria priuabitur. Ne nostram contemnamus animam, propter corpus calumniam patientes, verùm illam faciamus perspicatiorem, alas ei leues nectamus, molliora vincula, rationibus eam pascamus.

XII. Idem in Matth. homil. 50.

Magis vertice ipso capitis linguam tuam custodi: regius quidem equus est lingua. Si ei frænum immiseris, doctrina tua gradarium feceris, ascendet in eum rex, & quiescet in eo;

si autem nullo fræno domueris, sed huc atq; illuc infrænem iactari permiseris, diaboli eum vehiculum fecisti.

XV. Tyrius Platonicus serm.37.

Equi furor regitur fræno, regitur habenis equitis, aurigæq; arte. Hominem verò versat oratio minimè ignaua, minimè neglecta: sed quæ lenitate atq; acrimonia temperata nequaquàm otium auditoribus præbet, vt voces duntaxat ac vocum voluptates inquirãt: sed illos potius excitet. Sæpius autem lenitate quàm austeritate profueris. quia neque equus ferox & adultus, absq; assentatione & demulsione, freni susciperet tyrrannidem.

XVI. Chrysostomus.

Dum tempus est, equum cohibeamus, ne sessorem subuertamus: iræ amputemus alas, nec amplius in altum extolletur.

XVII.

Equus si nõ assidui sessoris patitur calcem, & frenis ora ferratis obteritur, induresc it: Sic pueritia si nulla plagæ assiduitate curuetur,

tur,

tur, insolentem simul & ad vitia præcipitem iuuenem reddet.

XVIII.

Lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat: ita auditorum in contionibus ratio habenda. [redacted]

XIX.

Ipse irrationalis equus de stabulo exiliens, si viderit campos patentes, rapit frenum & excitatur ad cursum: Sic & omnis sacerdos, cùm viderit ecclesiam plenam, gaudet animus eius, & delectatur vt doceat: si autem viderit ecclesiam vacuam, confunditur, & nihil dicere potest.

XX.

Quemadmodum equus præcipitiũ aliquod præruptumq; cliuum transiturus se colligit, quasi hunc vno saltu exuperaturus foret: verùm profundum despiciens hiatum subiacere, obstupescit metu contrahiturq;: deinde quum sentit equitem vehementius vrgere, rursum aggreditur, ide[redacted]*perfert, necessitatem & vim indicans, subsistit aliquandiu.*

hinnitum mußitans super oram foueæ, resumpto tandẽ animo se vltrò fidenter adigit: Sic et beatus Paulus ueluti se daturus in præceps, in laudum suarum recitationem, semel atque iterum ac tertio, & subinde sæpius recedit.

XXI. [redacted].

Alexander Bucephalum iam senem ab alijs equis gestandum curare solebat, donec ad hostem ventum esset, vt integer ad pugnam veniret: ita senum magistratuũ vtendum operа, vt eis adimatur, quantum potest laboris, ad neceßitatem vsus illorum reseruetur.

XXII. Idem.

Bucephalus Alexandri Magni equus, quoties nudus esset, equisonem in tergum admittebat, ornatus regijs phaleris neminem ferebat, nisi regem ipsum, in reliquos omneis ferociebat: Ita quidam tenues quemuis ferunt, diuites facti, despiciunt vulgares.

EQVA.

[redacted]

Vt equæ conspecta in aquis forma sua, agun-

agũtur in rabiem, autore Columella: Ita quidam nimium admirãtes ſua, ad inſaniam vſque redduntur inſolentes.

HYAENA.

**Hyæna typus eſt crebræ mutationis,*grauis inimicitiæ,*pernicioſæ adulationis, *frugiferæ tyrannidis.* 1. 2. 3. 4.

I. [redacted].

Hyæna ſicut & ichneumon, nunc mas eſt, nunc fœmina: Ita quidam ſui diſsimiles, nunc fortia loquuntur, nunc mollia: nunc philoſophi ſunt: nunc nepotes: nunc amici, nunc inimici.

II. Idem.

Hyæna uocem humanam imitatur, & nomen alicuius ediſcit, quem euocatum lacerat: Ita quidam obſequio blandiũtur, donec in perniciem trahant.

III. Eccleſiaſtici.

Quæ pax hyænæ ad canem, & quæ pax diuiti ad pauperem.

IIII. [redacted]

III. Prouerbiorum 20.

Terror regis est perinde vt rugitus leonis, qui illum prouocat ad iram, peccat cōtra animam suam.

Prouerbiorum 19.

Ceu fremitus leonis est ira regis.

IIII. [redacted].

Leo cunctis formidatum animal, cantum ac cristam galli formidat: Ita summi principes infimorum conuicia nonnunquam timere coguntur.

V. Idem.

Sicut leo citius sæuit in virum quàm in fœminam, pueros non nisi summa fame coactus attingit, simplicibus ac prostratis parcit: Ita potentes infirmioribus debent ignoscere, vires in alios experiri, quos vincere pulchrum sit.

VI. Prouerbiorum 28.

Ceu leo rugiens, & vrsus cum fremitu discurrens, est princeps impius pauperculæ plebi.

VII. [redacted].

Iniecto in oculos ſago, leo ſine vllo negocio capitur, alioqui inexpugnabilis: Ita facillimum eſt potentiſſimum etiam domare, modò cognitum ſit illius ingenium.

VIII. Ezechielis 22.

Coniuratio Prophetarum in medio eius: Sicut leo rugiens, ra[redacted]n, animas deuorauerunt, opes & pretium acceperunt, viduas eius multiplicauerũt in medio eius.

Cõcionatoris itẽ eſt, ſuos affectus prius cõpeſcere, poſterius demũ aliorum. Id declaratur à circumducentibus leones. Ne vadas (inquit ex patribus quidam) cum affectibus ceu beſtijs in forum, donec benè imponas eis frænũ, donec ipſas manſuefacias, & manum tuam ſequantur. Non vides hos qui manſuetos leones circunducunt, quantum lucrifaciant, & quanta ſint in admiratione, quia in feroci beſtia talem manſuetudinẽ operati ſunt: ſi autem ſubitò ferociat ille, omnis turba quæ in foro, ſubmouetur, et periclitatur poſtea homo, qui circunducit illum, & perditionis aliorum factus eſt autor. Et tu[redacted]manſuefa-

cias prius, & tunc circunducito, non vt pecuniam accipias, sed vt lucrum, cui nullũ par est, lucrifacias. Nihil enim par est iustitiæ, quæ & poßidentibus et vtentibus valde vtilis est.

IX. [redacted]

Qui studeat Plato esse doctrina, dormire cum beata vetula, vt Euphorion: cum Alexandro potare, vt Medius: diues esse, vt Ismenias: virtute præcellens, vt Epaminondas: doleatq; quòd vnus non sit hæc omnia: Perinde facit, ac si molestè ferat, quòd non sit leo montanus, & idem Melitæa catella in sinu viduæ diuitis.

X. Idem.

Leonis catuli informes nascuntur, vix ingrediuntur semestres, non mouentur nisi bimestres: Ita quæ egregia futura sunt, serò proueniunt, & lentis auctibus absoluuntur.

XI. Idem.

Quemadmodum aquilæ & leones cum ambulant, introrsum vertunt vngues, ne conterantur, ac seruant in prædam illorum aciem:

Sic animi uigorem non conuenit alienis rebus noscendis absumere, sed seruare ad vsum necessariorum.

XII.

Quem non pudeat per metũ peccare, cum non solum leonis anim[redacted]*gitat.*

Prouerbiorum.28.

Fugiunt nemine persequente impij, iusti vt leones confidunt.

Verg. de Turno. lib. 12. AEneid.

Vltro implacabilis ardet,
Attollitq́ animos. Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus,
Tũ demũ mouet arma leo, gaudetq́, comãteis
Excutiens ceruice toros fixumq́ latronis
Impauidus frangit telũ, et fremit ore cruẽto.
Haud secus accenso gliscit violentia Turno.

XIII. Chrysosto. in Matth. hom. 4.

Leonem quidem mitigas reddisque tractabilem: furorem verò animi tui omni prorsus efficis leone sæuiorem. In mitigando leone, quũ duo sint impedimenta vel maxima, quod fera ipsa ratione priuatur, & longe amplius animantium

mantium alterius generis excedit furorem, tu tamen de copia donatæ tibi à Deo sapientiæ, ipsam superas arte naturam. Qui igitur naturam vincis in bestijs, cur in teipso naturæ obfuscas bonum, dum malum adamas voluptatis.

XIIII. Amos.3.

Nunquid ambulabunt duo pariter nisi conuenerit eis? nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam? nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit?

Psalm.17.

Quisq; illorum similis est leoni, qui maximo studio inhiat prædæ, & catulo leonis qui insidiatur ex locis occultis prætereũti ouiculæ.

XV. Numeri.23.

Ecce populus vti leæna consurget, et quasi leo erigetur: non accusabit, donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat.

Micheæ.5.

Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorũ multorum, quasi leo in iumentis syluarum,

et quasi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cum transierit, & conculcauerit, & ceperit, non est qui eruat.

XVI. Chrysoſt. homil. 4. in Matth.

Diſsimile *Siquidem vniuersa vitia & crudelitatis plena sunt, & auiditatis, nósque quotidie deuorare non desinunt: Itaq; dentes eorum non immeritò esse dixerim dentes leonum, imò etiam sæuiores. Nam leo quidem simul vt fuerit expletus, semesum continuo cadauer relinquit: hæc verò vitia nec satiantur aliquando, nec ab anima nostra vsquam recedunt, captumque à se hominem diabolo simillimũ faciunt. Quorum certe tanta vis est, vt seruitium quod Christo Paulus impendit, sibi potius à suis captiuis exigant. Nam si vel amore corporum, vel cupiditate pecuniarũ, vel gloriæ aliquis delectatione capiatur, & regnum, & gehennam continuò contemnit, dummodo vitijs obsequatur.*

LEAENA.

Marcus Erem.

Sicut

Sicut leæna iuuencam amico non accedit animo: Ita neq; impudentia tristitiam secundum Deum beneuolè libenter recipit.

LEPVS.

**Lep⁹ designat diuites, *fœneratores, *uersutos.* 1. 2. 3.

I. Marcus Erem.

Quemadmodum inter animantia ceruus & lepus, ob natiuam timiditatem, maximè cæteris obnoxia sunt: sus autem & taurus et leo, haud facilè in potestatem insidiatoris cadunt: Tale videre quiddam in diuitum et pauperum gente licet. Hic leoni, tauro similis est, ille lepori, ceruo. Quem enim non metuit diues? an non latrones? an non potentes? an non inuidos? an non calumniatores? Et quid calumniantes & latrones dico? familiares suos suspectos habet: aut quid viuens dico, quando ne mortuus quidem grassantium improbitate liber est? &c.

II. [redacted].

Lepus simul parit, & aliud alit, & rur-

ſum ſuperfœtat: Ita fœnerator ſic æs alienum, priuſquam conceperit, parit. Nam dantes ſtatim petunt, & ponentes tollunt & fœnerãt, quod pro fœnore accipiunt.

III. Marcus Erem.

Quemadmodum lepores uulpesq; canibus aliam curſus monſtrantes viam, aliam conuerſi tenẽt: Sic huiuſcemodi orationis inuolucra ſpiritualis doctrinæ ſimplicitatem ac viã detorquent.

LVPVS.

1. 2. *Lupus eſt * cacodæmon, * falſus doctor,*
3. **corruptus iudex.*
4. 5. *Præterea * fugientẽ * memoria vacillantẽ,*
6. 7. **acerbas inimicitias perſequentem & * hæreditario vitio laborantem hoc animal refert.*

I. [redacted] *ouib. inſidiatur iuxta verſiculum, Triſte lupus ſtabulis: ita ſatan cũ ſuo ſatellitio gregi domini inſidiatur, & errabundas oues dilaniat ac deuorat.*

Chryſoſ[redacted]

Non tam lupis terribiles gladij, quàm dæmonibus

monibus preces iuſtorum.

II.

Vt luporum proprium eſt diſpergere, mactare, & diſcerpere: ſic hæretici impia doctrina ſimplicium corda diſrumpunt, à deo diuellunt, ab eccleſiæ conſortio ſeparant, ac in hæreſi perſeuerantes mactant atq; diſcerpunt.

Ignatius in epiſtola ad Heronem.

Omnis igitur, qui dixerit præter ea quæ tradita ſunt, tametſi fide dignus ſit, tametſi ieiunet, tametſi virginitatem ſeruet, tametſi ſigna faciat, tametſi prophetet, lupus tibi appareat in grege ouium, corruptionem faciens.

Gregor. Naz. in oratione quum poſt ea quàm contra Maximum geſta fuerant, reuerteretur ex agro.

Graues iſtos lupos timeo, ne tenebras obſeruantes gregem noſt[redacted]*ermonibus direptitijs et violentis. Temporis enim opportunitatem quærunt, qui in aperto vires nullas habent, &c.*

III. [redacted] 22.

Principes eius in medio illius quaſi lupi ra

pientes prædam, ad effundendum sanguinem, & ad prodendas animas, & auarè sectanda lucra.

Sopho.3.

Iudices eius lupi vespere, non relinquebant in mane.

IIII. Vergilius de Arunte lib.11. AEneid.

Ac velut ille, prius quàm tela inimica sequantur,
Continuò in montes sese auius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnóque iuuenco,
Cōscius audacis facti: caudamque remulcens
Subiecit pauitantem vtero, syluasq; petiuit.
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns:
Contentusq; fuga, medijs se immiscuit armis.

V. [redacted]

Lupis quos ceruarios vocant, etiam in fame surrepit obliuio cibi, si modò respexerint, ac protinus alium quærunt: Ita nōnullis mox excidit, quod modò instituerāt narrare, si interiectis verbis aliquot animum illorum aliò deuocaris. Ec-

Eccle.13.

Sicut communicabit lupus agno: Sic & peccator iusto.

VII.

Luporum catuli, etsi præ ætatis imbecillitate nondum ouiculas prædentur, lupi tamen sunt, & lupinum ingenium gestant: Ita homines natura corrupti peccatores sunt, etiãsi externum peccati factum nondum conspicuè in oculos hominum incurrat.

LYNCEVS.

Acris visus & insignis obliuio in lynce perpenditur.

[redacted]

Lynceus per quercum videt, inimicus etiam per famulum, per amicum perspicit, quid agas.

Idem.

Lynces clarissime omnium animantium cernunt, sed mira illis obliuio rei ab oculis semotæ: Ita quidam acri ingenio, sed obliuiosi. Hieron. in epist. ad Chrysog. monach.

Verùm tu quod natura lynces insitum habent, ne post tergum respicientes meminerint priorum, & mens perdat quod oculi videre desierint: Ita nostræ es necessitudinis penitus oblitus, vt illam epistolam, quam in corde Christianorum scriptam Apostolus refert, non parua litura, sed imis, vt aiũt, ceris erasis. Et illæ quidem, quas diximus, feræ, sub frondente captantes arboris ramo fugaces capreas, aut timidum ceruos animal comprehendunt, currentemq́ frustra prædam, dum hostem suum secum uehit, rabido desuper ore dilaniant: & tam diu meminere prædandi, quàm diu venter vacuus siccum fame guttur exasperat. [redacted]uine pasta feritas viscera distenta compleuerit, cum saturitate succedit obliuio, tam diu nescitura quid capiat, donec memoriam reuocauerit esuries: tu nec dum satiatus è nobis, cur finem iungis exordio? Quur amittis antequam teneas? Nisi fortè negligentiæ semper excusatione socia, afferas, te nõ habuisse quod scriberes, quũ hoc ipsum debueris scribere, te non habuisse quod scriberes.

ME-

MELES, VVLGO TAXVS.

Meles cũ magno labore ædificat ſibi ſubterraneum habitaculum. Vulpes autem volens illud lucrari & dictum animal expellere, ſtercorizat intus, animal dedignãs immorari cum ſtercoribus, recedit inde. Similiter Deus dedignatur habitare in corde in quo diabolus peccata ſtercorizauit Luc.9. Vulpes foueas habent & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet in corde peccatoris vbi caput ſuum reclinet.

MONOCEROS.

Iacobus de Valent. in expoſ. 42. Pſal.

Vnicornis ſiue monoceros eius virtutis eſt, ut ſuo cornu attacta aqua, etiam veneno aliquo corrupta, reddatur ſalutaris: unde traditur à naturalibus prius attingere aquam cornu quàm bibat: Ita Chriſtus ſua humanitate, aquas peſtiferas reddidit ſalubres ad peccatorum remiſsionem.

MVLV[redacted]

Mulus ex equo & asina conflatus, nec equus est, nec asinus: Ita quidam dum & aulici esse volunt, & ecclesiastici, neutrũ sunt.

Idem.

Dissimile *Muli calcitratus vino crebro inhibetur: mulieris petulantia vino prouocatur.*

MVS.

1. *Mus imaginem præbet * veritatem abo-*
2. 3. *minantis, * iniuriam retaliantis, * insyncerè amantis.*

I. Irenæus lib. 6.

Gentes non alleuauerunt oculos ad cœlũ, neq; gratias egerunt factori suo, neq; lumen veritatis videre voluerunt, sed sicut mures cæci absconditi in profundo.

II. Seneca de ira.

Pusilli hominis est et miseri, repetere mordentem vt mures & formicæ, ad quas si manum admoueris, ora conuertunt: imbecilla se lædi putant, si tanguntur.

III. [redacted].

Arrodunt [redacted] *mures, viuunt sub*

ſub eodem tecto, nec tamen aſſueſcunt homini: Ita quidam amici parum ſynceri, nec relinquunt cibi commodiq́ cauſa, nec amant tamen aut fidunt.

OVIS.

**Ouium ſimilitudine Chriſti pura incar-* 1.
*natio & *ſumma patientia declaratur.* 2.
Deinde per oues hominum in diuinis rebus
** ignorantia & ſtupiditas,* quæ funditus pe* 3. 4.
rirēt, adumbratur, niſi paſtoribus Dei beni-
gnitate regerentur. Plerunq́ verò ſcriptu-* 5.
ra pios oues, & eccleſiam gregem appellare
ſolet, quia fideles ouium exemplo paſtorem
*Chriſtū agnoſcunt, et ſequūtur omni * genere* 6.
virtutum, corripientem benignè recipiunt,* 7.
** crucem patienter ferunt,* ſingulis benefa-* 8. 9.
cere cupiunt. Poſtremò figuratur hoc ani-
*mali * ſatietatis & * prauiq́ ſodalitij detri-* 10. 11.
mentum.

I. Bern.ſermo.2.de aduentu.

Vt in lacte ouis duo ſunt, butyrum humidum & pingue, item caſeus acidus et durus:

Ita in homine duo reperies, naturam bonam & dulcem tanquàm butyrũ, & peccati corruptionem vt caseũ. Hinc de Christo in Esaia dicitur: quòd comedit butyrũ, non autem caseum. Nam etsi humanam assumpsit naturã, tamen sine vitio assumpsit.

II. Esa. Quinquagesimotertio cap.

Sicut ouis ad occisionẽ ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, et nõ aperiet os suum.

III. Ibidem.

Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit.

IIII.

Si ouis à grege aberrauerit, non sua sponte redit ad stabulum, nisi compellatur, adeoq; semper necessaria ei est opera pastoris & ductoris. Talis est natura hominum, qui per peccatum ita sunt exarmati, vt nullus eorũ possit suis viribus consequi veram iustitiam & fœlicitatem, sed toti pendeant à diuina cura & conseruatione.

Exem-

V. Exemplum de centesima oue perdita. Matth.18.

Naturam agni hanc esse aiunt, vt si forte exilierit è stabulis, agnoscat inter multas reliquas oues vocem matris suæ, & ad eam solam omnibus alijs neglectis, quamuis sitiens et esuriēs, properet. Ac vicißim matrē aiūt, inter aliquot millia agnorum, quamuis vnius vocis, unius ætatis, aliquoties etiam vnius coloris, & vt nobis apparet, vnius odoris, suā, quam peperit prolem agnoscere. Quod acumē auditÿ aurium & oculorū est in genere ouili, inter matrem & agnum, hoc etiam significat Christus suo quodam modo esse in ouibus erga proprium suum pastorem. Nouerunt, inquit, vocem pastoris sui, ideoq; sequuntur illum. Alienum aūt non sequentur, sed effugient ab eo, quia nō nouerunt vocē alienorū. Vnde animali huic tāta industria, tantaq; cautio, cū aliàs omniū sit stolidißimū et inertißimū? Multa ad naturæ conseruationem dedit alijs bestijs Deus, quibus ouiculæ destituuntur. Horū loco dedit illis naturalem hanc so-

lertiam, vt quoniam nec seipsæ contra insidias & incursionem reliquarum bestiarũ tueri, nec sine discrimine ad pascua progredi possunt, pastoris sui vocem audiant, cognoscãt, & tanquam notam ac familiarem in omnibus cùm exeundo, tum pascendo, tum redeundo sequantur: alienorum verò vocem non sequantur, sed tanquam incognitam fugiant: Similiter Christianus non sectatur vocem hæreticorum & antichristianorum, sed agnoscit tantũ vocem domini Dei sui, quod est Euangelium Iesu Christi.

VI.

Oues autem quæ se student probare pastori, quàm bene pastæ sint, non illi ostendunt cibum in ore, sed nitore lanarum, habitudine corporis, et alacritate motus declarant se benè pastas: Ita qui ediscunt sacra volumina, qui recitant, & decantant, nõ protinus ideo benè pasti sunt, sed quum ad iniurias tolerandas fortes, quum ad officia pietatis alacres, quum spiritus hilaritate comes, tum demum intelligas probè saginatos & instructos esse.

VII.

VII.

Oues ſanæ delectantur ſalicum frondibus quantumuis amaris, maluntque ſalſis uti paſcuis quàm dulcibus. Ergo non ſunt oues Chriſti, quæ non admittunt ſanantem veritatem, vtpote amaram, ſed prurientes auribus adſciſcunt qui titillent voluptate magiſtros.

VIII.

Quod crux ouibus immineat Dauidicis, quod patienter ferãt, Chryſoſtomi verbis exponitur.

Pſalm.44.

Similes nos feciſti ouibus mactationi deſtinatis.

Pſalm.10.

Inſidias collocabit in occultis non minore crudelitate quàm leo inſidiatur ouicule ex antro ſuo: inſidiabitur enim in hoc, vt dilaniet eam, quo viribus ſuperior erit: dilaniabit autem abſq; vlla commiſeratione quicunq; in illius rete inciderit.

Chryſoſtomus.

Si quis lupum cooperiat pelle ouina, quo-

modo cognoſcet illum, niſi aut per vocē; aut per actum? Ouis inclinata deorſum balat, lupus in aëra conuertit caput ſuum contra cœlum, & ſic vlulat. Qui ergo ſecūdum Deum vocem humilitatis & confeſsionis emittit, ouis eſt: qui verò aduerſus veritatem turpiter blaſphemijs vlulat contra Deum, lupus eſt.

Idem homilia 54. in cap. 25. Matth. de opere imperfecto.

Sicut ouis ad mortem ducitur, & nō clamat, vita eius tollitur, & manſuetudo eius non immutatur: Sic ſanctis maledicitur, & non regerunt: percutiuntur, & non repercutiunt: bona eorum diripiuntur, & illi non cōtradicunt: dolorem ſentiunt, & clamorem non emittunt.

IX.

Hoc pecudis genus nec minitatur cornibus vt boues, nec dentibus laniat vt lupi, nec calcibus ferit vt equi, nec voce territat vt leones, nec vnguibus rapit vt feles, nec venenū habet vt viperæ. tam innocuum deniq; ut nec

laceſsi-

laceßitum paret vltionem. Insuper maximã affert vtilitatem: lana sua vestit nos, pellib. munit, lac præbet & ad esum salubre, & ad remedia vtile. Nihil habet in reliquo corpore, quod non cibis humanis accõmodum: huiusmodi sunt rationales oues Christi. Non viuunt ex rapto, sed quod pabuli ministratur, eo contenti sunt: neminem lædunt, benefaciunt amicis & inimicis: pastoris vocem sequuntur educentis & reducentis.

Basilius.

Ouium greges in vno & eodem monte pascũtur, qui magno cum numero ad carpendũ pabulum in eodem campo errant, singuli singulis (quatenus opus est) vsum concedunt. Nos contrà rebus communibus sinus nostros farcimus, & quæ multorum sunt, soli retinemus.

X. Marcus Erem.

Quemadmodum ouis cum lupo procreandæ sobolis gratia, nullam cõuersationem cõtrahit: Ita neq; cum satietate labor cordis procreandarum virtutum gratia, vllam coniun-

ctionem copulat.

XI. Chryſoſtomus.

Quemadmodum ſcabioſæ oues, ſi confricẽtur cæteris, etiam quæ ſanæ ſunt, morbo tentantur: Ita & homines nequam ſi ſimplicioribus quibusq; conuerſentur, veneno eos ſuæ malignitatis inficiunt.

Hieronymus.

Polluitur enim ex vno peccatore populus, ſicut ex vna oue morbida vniuerſus grex inficitur: Sic ex vno fornicãte, vel aliud quodcunq; ſcelus committente, plebs vniuerſa polluitur.

PANTHERA.

Pãthera ſeu Pardalis, ſeu Pardus, (de quibus coniunctim doctor Geſſnerus) typum ge
1. 2. 3. *rit *diaboli, *hæretici, *aliorúmue qui de vi-*
4. 5. *ta nihil ſoliciti, * barbariem, * fœditatemq;*
6. *probant, * nec ad meliorem frugem perduci*
7. *queunt, * ſed alios quoq; blandiloquentia perdunt.*

I. Baſilius Magnus.

Vidi ego iam, partim audiui, res certa eſt,

inter

inter animalia hominibus inimicißima, Pardalim quandoq; in stadijs hominis oculos præ ira inuadere. Qui feræ deludere furorem quærunt, hominis imaginem ei ex charta ostendunt. Illa statim furibunda eam concerpit atque dilacerat; hoc argumento satis ostendens quanta sit eius aduersus hominem inimicitia: Sic item diabolus in Dei imagine quo sit erga Deum odio ostendit, quando Deum ipsum attingere nequit. Sic & contra nos bellum ipsius satis ostendit, Dei esse illum aduersarium, & ante omnia Deum petere.

II. Hieron.lib.6. comment.in Esaiam cap.16.

Doctrina hæreticorum quæ pardis et præuaricatoribus comparatur, deserta erit, & deducetur ad nihil. Pardi sicut in Hieremia, varietates & maculæ non mutantur, ita & apostatæ, de quibus in Psal.legimus, Præuaricatores reputaui omnes peccatores terræ.

III. [redacted].

In pantheris, quod speciosißimũ esse oportuit, id celandum est, vt placeat, reliquo cor-

pore maculis picturato? Ita in quibusdam omnia placent, præter vitam, quod est totius negocij caput.

IIII. Idem.

Vt panthera benè olet, sed non nisi bestijs, quas ad se trahit, hominibus item non olet: Ita Scotus bonis ingenijs grauis est, stupidis istis & bardis quouis aromate gratior.

V. Idem.

Panthera sic auida est excrementorũ hominis, vt si in vase suspendãtur altius, quàm poßit attingere, enecet sese, defatigati porrectu corporis: Ita nõnullis quod est fœdißimũ, id dulcißimum est.

VI. Iere.13.

Nunquid potest Ethiops mutare pellem suam, aut pardus varietates suas: sic nec vos poteritis benefacere, cum didiceritis male.

VII. [redacted].

Pardus odoris gratia allectas feras inuadit, atq; occidit: Ita qui[redacted]quentia irretitos fallunt, ac perdunt: Sic principum aulæ habent nescio quid blandum, quod inuitet in perniciem. RHI-

RHINOCEROS.

[redacted].

Rhinoceros cornu gerit in narib. Ita quorundam sales dentati sunt & aculeati.

SIMIA.

*Adumbrat simia * naturam hæreseos,* 1.
** commodum ex inimicis, * prauam imitatio-* 2. 3.
*nem, * adulatorum ingenia, * parentum indul* 4. 5.
gentiam.

I. Chrysostomus Homil. 19. in cap. 7. Matth.

Quoniam & simia hominis habet membra, & per omnia hominem imitatur, nunquid propterea dicenda est homo? Sic & hæresis omnia ecclesiæ habet & imitatur mysteria, sed non sunt ecclesiæ.

II. [redacted].

Vt lasciuia simiarum febrim excutit leoni: Ita inimici conuicium aut contumelia, nõnunquam excussa desidia, veternoq; ad honesti studium nos acuit.

III. Idem.

Simia cum imitetur hominem, tamen animal est omnium deformißimum: Ita si quis affectet, quod optimum est, nisi feliciter affectet, incidit in id, quod est peßimum.

IIII. Idem.

Simia cũ nec domũ poßit seruare more canis, nec onera gerere quemadmodum equus, nec arare sicuti boues, parasitatur ac risum mouet: Sic adulator cum in serijs ac grauibus rebus nesciat esse vsui, voluptatum minister est.

Idem.

Simia dum hominem imitari conatur, sæpe capitur: Ast adulator idem faciens, alios capit & allicit.

Simius studet imitari hominem se mouendo cum illis & saltando. Contrà assentator, vltrò alios illicit ac fallit imitando, non quidem eodem modo omnes, sed cum hoc saltãs, cum hoc colluctans.

V. [redacted]

Simia catulos ferè complexu necat: Ita nonnulli parentes immodico erga liberos affectu,

fectu, & indulgentia corrumpunt illos.

S V S.

*Suibus declarantur *mulieris impudentis *crapulæ, *ſcortationis, *auaritiæ, *inuidiæ, *impietatis * atque adeo omnium vitiorum mala.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

I. Prouerbiorum II.

Quod monile aureum eſt in rictu porci, id eſt mulier formoſa inſulſa.

VII. Chryſoſt. in Matth. Hom. 58.

Quid copia deliciarum & fœditas nō mali adducit? Sues ex hominibus facit, imò verò multò peiores. Sus enim in luto voluitur, & ſtercore nutritur. Hic verò nullo à dæmo niaco diſcrimine ſeperatur: imprudens enim & furioſus pariter eſt.

III.

Quemadmodum porcus in cœno volutatus, quocunq; ingreſſus fuerit, omnia fœtore replet, ac ſenſus graueolenti ſtercore imbuit: Ita et ſcortatio malum eſt, quod difficilè abluatur.

IIII.

Omnes qui auaritiæ manus dederunt, infeliciores & turpiores etiam immundißimis animalibus: ſuibus dico, quæ in cœno volutari delectantur.

V. *Quemadmodum ſues lutoſa immunditia: ſic inuidi calamitate proximorum exultant.*

VI. Grego. de Theol. lib. 5.

Quoniam difficilè eſt te, qui ſemel iam ſpiritui inſultaſti, in medio curſus impetu retineri, imò velut ferociores ſues ſolent obniti, & in ipſum venabulum incurrere, non antè deſinis, quàm ferrum totum in te recipias.

VII.

Vidi ego quoſdam iuuenes in carnis affectus facilè ruentes, & vſq; ad mortem in uitij conſuetudine durantes. Quemadmodum ſues qui in cœno ſeſe obuoluunt, continuò ſibi lutum augent: Sic hi fœditatem ex voluptate ſingulis diebus ſibi accumulant.

APER.

Vergil. lib. 9. ad apros alludit.

Isq; vbi se Turni media inter millia vidit:
Hinc acies, atq; hinc acies astare Latinas:
Vt fera, quæ densa venantum septa corona
Contra tela furit: seseq; haud nescia morti
Inijcit, & saltu supra venabula fertur.
Haud aliter iuuenis medios moriturus in hostes
Irruit, & quâ tela videt densissima, tendit.

TALPA.

**Apparet in talpa sæpe resarciri quod alibi negatum, *nec omnes peregre viuere, * & quantum sit incredulitatis vitium.* 1. 2. 3.

I. [redacted]

Vt talpæ quòd parum aut nihil cernant, liquidius audiunt: Ita natura paria facit, dum quibus corporis formã negauit, his animi vigorem confert.

II. Idem.

Vt aspalacus non nisi apud Bœotios viuit vbi nascitur, aliò translatus perit: Ita quidã peregre viuere non possunt, nulla instructi arte.

Mar-

III. Marcus Erem.

Talpa super terram serpens capta oculis stellas videre non potest: Et qui de rebus temporaneis Deo fidem non habet, neq; de æternis potest credere.

VRSVS.

1. *Vrsi *fortitudinis et ferociæ exempla præ*
2. 3. *bent, * hisq; de stultitiæ malo *de cupiditate*
4. 5. *coërcenda, *de institutione adhibenda, *& afflictionum vsu admonemur.*

I. 2.Regum.17.

Tu nosti patrem tuum, & viros qui cum eo sunt esse fortissimos, & amaro animo, ueluti si vrsa captis catulis in saltu sæuiat.

II. Prouerb.17.

Satius est virum occurrere vrsæ orbæ, quàm stulto in stultitia sua.

III. Chrysostomus.

Et si vrsa fugam à cauea ceperit, domos præcludimus, vicos obsidemus, ut intercepta nemini noceat. Nunc verò cum non vna bestia, sed multæ atq; obscœnæ cogitationes omni bestia ferociores, animam nostram lacerent,

nec sentire quidem videmur : & vrbium sanè habitationi adeò prouidemus, vt vel in desertis locis, vel in vallatis atq; munitis atrocem feram coërceamus: in anima verò nostra, vbi locus consilij est, vbi regia sedes, ubi iudicium, eò immanes bestiæ ad mentē ipsam, ad regale solium omnia perturbantes, magna licentia conscendunt.

IIII. [redacted]

Vrsus informes gignit catulos, eos labendo format: Ita rudem ingenij fœtum diutina cura expoliri conuenit.

V. *Afflictionibus augetur patientia fidelium, sicut vrsos ictibus impinguari putant.*

VVLPES.

*Vulpes typum habet *fraudis, *rapinæ,* 1 2.
**peccati lucem fugientis, *& maximè hæ-* 3. 4.
reseôn.

I. Basilius.

Quemadmodum enim lepores vulpesq; canibus aliam cursu monstrantes viam, aliam conuersi tenēt: Sic huiuscemodi orationis in-

uolucra spiritualis doctrinæ simplicitatem ac viam detorquent.

II. *Vulpem planè dixerim omnem Christianum, qui suo insidiatur vicino, qui quotidie nititur fines alienos arrodere, fructus inuadere, animalia deuorare, nec iam vulpium more pullos, sed luporum more rapere porcos, qui dum suo labore poßit se iuuare, ferarum rabie prædam captat alienam.*

III. *Sicut vulpes propter fraudes suas latibulis demoratur: Ita et peccator tacens propter consciẽtiam suam peccatorum foueis delitescit. Et sicut illa non audet inter medias hominum turbas morum suorum ostendere falläciam: Ita & hîc erubescit in media ecclesia conuersationis suæ nequitiam confiteri.*

IIII. Ezechiel.13.

Væ Prophetis insipientibus, qui sequũtur spiritum suum, & nihil vident. Quasi vulpes in deserto prophetæ tui Israël.

Vulpibus comparãt hæreticos, Origenes, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, quorum verba citabo.

Orige-

Origenes in Cantica canticorum Homilia. 4.

Nam de Sampson qui trecentas vulpes cepisse & colligasse per caudas atque interiecisse lampades ardentes in medio caudarum, atque immisisse per messes Allophylorum, & incendisse eas cum stipulis & oliuetis vineisque memoratur. Valde mihi difficilis formæ huius vel figuræ videtur explanatio. Tentemus tamen aliqua ex his pulsare pro viribus, & ponamus, sicut expositio nostra in superioribus continet, vulpes esse fallaces peruersosque doctores. Hos Sampson (qui veri et fidelis imaginem tenet doctoris) capiens verbo veritatis, caudam ad caudam colliget, id est, aduersantes sibi, & diuersa à se inuicem sentientes docentesque confutet, atque ex ipsorum verbis propositiones collectionesque accipiens in Allophylorum segetem ignem conclusionis emittat, & ex proprijs eorum argumentis omnes eorum fructus atque vineas & olieta pessimæ generationis incendat. Sed & ipse numerus trecentarum vulpium quæ à semetipsis di

uersæ et dissonantes erant, triplicem formam indicat peccatorum. Omne enim peccatum aut in facto, aut in verbo, aut in consensu mẽtis admittitur. Verùm ne illud quidem quod in secundo libro Esdræ scriptum diximus, penitus omittendum est. Vbi cum ædificarentur sancta sanctorum, id est, cùm fides Christi et sancta eius mysteria conderentur, inimici veritatis fideiq́ contrarij (qui sunt sapientes huius seculi) videntes absq́ arte Grãmatica et peritia Philosophica, consurgere muros Euãgelij, velut cum irrisione quadam dicũt, perfacilè hoc posse destrui caliditate sermonum per astutias, fallacias, & argumenta Dialectica.

Augustinus in sermone de Sampsone.

Vulpes capit, ligatis caudis ignem apponit. Caudæ vulpium quid sunt nisi posteriora hæreticorum? qui prima habent magna, blanda & deceptoria opera, posteriora ligata, id est, damnata, & in ignem in fine trahentia, vt eorum fructus & acta consumant, qui suis seditionibus acquiescunt. Quid aliud est vulpem

pem capere, nisi hæreticos diuinæ legis autoritate deuincere, & sanctarum scripturarum testimonijs, velut quibusdam vinculis alligare atque constringere?

Hieron.lib.4. comment.in Ezechielem cap.13.

Omnes hæretici propter fraudulentiam ac nequitiam, vulpium similes sunt, de quibus saluator loquitur: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos. Et de Herode scriptũ est: Dicite vulpi huic. Et de eisdem vulpibus, quæ paruulos simplicesque decipiunt, & populantur vineam Christi, Salomon loquitur: Capite vobis vulpes paruulas dissipantes uineas. Et in Psalmo super his qui eorum fraudulentia supplantantur, canitur: Introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.

Ambrosius in Lucam lib.7.cap.9.

Hæreticis dominus vulpes comparat. Vulpes plenum est fraudis animal, foueam parãs, & in fouea latere semper desiderans: Ita sunt hæretici, qui domum sibi parare non norunt,

sed circumuentionibus suis alios decipere conãtur: Iacob domum habitat, hæreticus in fouea est: vt fraudulenta vulpes, gallinæ Euangelicæ dolum intendens semper merito foueas habent, quia domum quam habuerant, perdiderunt. Hoc animal neq; mãsuescit vnquam: vnde & Apostolus ait: Hæreticũ hominem post vnam correctionem deuita: neq; vllius vsui est, aut cibo vtile est. Ideo Sampson ad caudas eorum faces ligauit, & dimisit in messes alienigenarum, eo quòd hæretici fructus incendere conentur alienos, latratibus magis sonori, quàm vocibus excitati. Qui enim vnũ verbum negat, nec vocem habet ad præsens ore liberi, sed in futurum finem iã vincti, caudæ facibus significantes sui finis incendium.

* *

*

SI-

SIMILITVDINVM
LIBER SECVNDVS,
à quadrupedibus ouiparis.

CHAMÆLEON.

**Hoc animali figuratur inhumanitas,*adu 1. 2.
latio,*inanis gloria,* ventosa iactantia,*le- 3. 4. 5.
uis mutatio.*

I. Gregorius Naz. in Iulianum Imperatorem oratione. 1.

Quemadmodum chamæleoniem facilè ferunt variari, omnesq; assumere colores præter candidum, vt interim fabulosum illũ Proteum AEgyptium sophistam omittam: Ita & ille omnia præterquam mansuetus erat, et factus est Christianus, eratque illi humanitas res admodum inhumana, suadelaq; nil aliud quàm violentia, & pro immanitatis excusatione probitas, quò iure videretur ad violentiam confugere, quum persuadendo nihil proficere posset.

II. [redacted]

Chamæleon qui subi[redacted]*rem,*

omnem imitatur, præter rubrum & candidum: Ita adulator nihil non imitatur in amico, præter eа quæ honesta sunt.

III. Idem.

Vt chamæleon non alio pascitur alimento, quàm aëris, & idcirco ore est semper hiante: Ita quosdam aura popularis alit, neq; quicquam captant præter inanes laudes, & gloriam.

IIII. Idem.

Chamæleon maximum habet pulmonem, & nihil aliud intus: Ita quidam præter ostentationem, & ventosam iactantiam nihil habent.

V. Idem.

Chamæleon quia pauidißimum animal, subinde colorem mutat: Ita qui viribus non pollent, ad uarias artes confugiant necesse est.

CROCODILVS.

1. 2. 3. **Huic similes sunt Tyranni *feroculi* et ancipites.* [redacted]

I. [redacted].

Cro-

Crocodilus patitur trochilum auiculam carpere eſcam è faucibus ſuis, non illius amore, ſed ſua ipſius cauſa: Repurgat enim roſtro ſuo os illius: Ita tyranni etiamſi quid alicui cō cedunt, ſemper ad ſuum referūt commodum.

Idem.

Crocodilus inuictum alioqui, & pernicioſum animal, tamen Tentyritas adeò metuit, vt ad vocem etiam expaueſcat: Ita tyrannicum omnes contemnant, tamen eruditorum literas ſubtiment.

II. Idem.

Crocodilus terribilis eſt in fugaces, fugax contra inſequentes: Ita quidam ſi concedas ac metuas, tum ferociunt: ſi ſtrenuè contemnas & obſiſtas, ſtatim concedunt.

III. Idem.

Crocodilus anceps animal, nunc in terris agit, nunc in aquis: in terra ponit oua, in aqua prædatur, & inſidiatur: Ita quidam ſimul et aulici ſunt & eccleſiaſtici, utrobiq; peſtilentes.

RANA.

1. 2. *Pestifera malorum oratio, &*in primis pseudoprophetarum inuenitur.

I. [redacted]

Vt ranæ vltra solitum vocales, tempestatem significant imminentem: Ita cum plurimum valet apud principes oratio malorum, bonis tacentibus, tum instat rerum perturbatio.

II. Augustinus de conuenientia decem præceptorum & decem plagarum, cap. 11.

Quæ est ista secunda plaga ranæ in abundantia? In ranis hæretici intelligũtur atq; Philosophi. Habes congruenter signatam Philosophorum vel hæreticorum prauitatem, si cõsideres ranarum loquacitatem. Ranæ sunt clamantes in paludibus limosis, per superbiã & inanes contentiones strepitum vocum habere possunt, doctrinam veræ sapiẽtiæ non possunt insinuare. Qui enim Christianæ veritati contradicunt, & in sua vanitate decepti, ranæ sunt tædium afferentes auribus, non cibos mẽtibus.

Pri-

Primaſius Epiſcopus Vticenſis in Apocalypſim lib.4.

Ranæ & loco & viſu, moleſtoq; ſtrepitu ſic odibiles habentur, ſicut diabolus cum ſuis agnoſcitur obominabilis veritati: Ita & pſeudoprophetas more ranarum, tanquam animantibus coaxantibus nocte, damnabiliter erroris latratu conuenit perſtrepere. Quid cœnum compares cœlo, quod conuenit habitationi ranarum, tanquam horrendum pſeudoprophetæ blaſphemijs? Tantum diſtãt doctores veritatis à pſeudoprophetis, quantum ranæ à ſanctis hominibus, qui pſeudoprophetæ ſicut ranæ ignaros impediunt, ne quieto deuotionis cultu percipiant veritatem.

SALAMANDRA.

**Typus eſt rebus turbatis ſe exerentium* 1.
**alios ad torporem adducentium, *& in af-* 2. 3.
flictione perdurantium.

I. [redacted]

Salamandra non niſi magnis imbrib. prouenit, ſerenitate deficit: Ita quidam non appa-

rent, nisi statu ciuitatis bello aut seditione turbato, ijdem rebus pace compositis emoriuntur.

II. Idem.

Salamandræ tantus est rigor, vt ignem contactũ non aliter quàm glacies extinguat: Ita quidam citius hominem ad torporem adduxerint, quàm ipsi ad honesta inflammẽtur.

III. *Patientes vt salamandra in igne afflictionis perdurant.*

TESTVDO.

1, 2, *Hæreticos designat, & *alieni appetentes.

I. Hieronymus lib.5.comment.in Oseæ cap.13.

Quomodo θῖνες & acerui hinc atque illinc de lapidibus et sabulo congregantur: Ita & hæretici de sapientia seculari & argutijs hominum, fraude atq; mendacio simulachra componunt: et cum ho[redacted] *gressibus in vno mouentur loco, et totum orbem occupare non possunt. Testudo tardigrada et oncrata,*

onerata, imò oppressa pondere suo, non tā ambulat quàm mouetur, hæreticorum grauißima peccata significans, qui suis in cœno & volutabro luti erroribus immolant, adorantes opera manuum suarum, & instar boum cuncta pro terrenis frugibus laborantes deturbant.

II. Titus Liuius de bello Macedonico lib. 6. ubi sic loquitur Quintius.

Si vtilem poßeßionem eius insulæ censerem Achæis esse, autor essem S. P. Q. R. vt eam vos habere sineret: cæterum sicut testudinem, vbi collecta in suum tegumen est, tutam ad omnes ictus video esse, vbi exerit partes aliquas, quodcunq; nudauit obnoxiū atq; infirmum habere: haud dißimiliter vobis Achæi clausis vndique maris quod intra Peloponesum est termino, ea & iungere vobis & iuncta tueri facilè, si semel auiditate plura amplectendi hinc excedatis, nuda vobis omnia quæ extra sint & exposita ad omnes ictus esse.

SIMILITVDINVM

LIBER TERTIVS,

Ab auibus in genere.

1. *Aues imagine * quadam referunt cœle-*
2. *stis patris prouidentiam, * Christi spiritum,*
3. 4. **iugum, & * institutionem qua erga disci-*
pulos vsus est.
5. 6. **Deinde eos qui debeant doceri,*quo mo*
7. 8. *do, * quo affectu: * qui praui sint doctores,*
9. 10. **qui molesti auditores. *Referunt item phi-*
11. *losophos * & orationem inutilem.*
12. **Deinde erudimur auibus, de precatione*
13. *sursum volante,* de solicitudine pro amicis*
14. 15. *absentibus, *de mortis præmeditatione, *de*
16. *operibus fidem sequentibus, * de gaudio &*
17. 18. **præmio virtutis. *Postremò hinc argumen*
19. *ta sumuntur contra imprudentiam,*auari-*
20 21. 22 *tiam,*timiditatem,* desidiam,* insolẽtiam,*
23. 24. 25 **crapulam,*libidinem*omnem deniq; uitio-*
26. *sam cupiditatem,* & quæ oritur inde confu*
27. 28. *sionem cum*excidio & *improuisa morte.*

I. Matthæi. 6.

Vertite oculos ad volatilia cœli, quia non
serunt,

ſerunt, neq; metunt, neq; conuehunt in horrea, & pater veſter cœleſtis alit illa. Nónne vos longe præcellitis illa?

II. *Spiritus ſanctus ſicut nobilis auis nidificat in alta arbore, aſperum nidum habens exterius, mollem & ſuauem interius. Econuerſo, Diabolus eſt ut vpupa quæ nidificat in ſtercoribus.*

III. Bernh. lib. epiſtolarum, epiſt. 72.

Lex Chriſti onus eſt alleuians aut iugum liberans, ſimilis pennis auium quæ corpulentiorem reddunt ſubſtantiam & agiliorem, groſſeſcit inde natura, vnde ſarcina alleuiatur, & quantum creſcit in maſſa, tantũ decreſcit de pondere.

IIII. Chryſoſtomus in Priſcillam & Aquilam.

Quemadmodum aues pullos ſuos fouentes, tandiu in nido ſedent, donec illorũ plumæ increſcant, quas dum increuiſſe viderint, eos primùm circa nidũ volitare docent, dein adminiculo ſuo totos deſtituunt: Ita faciebat & Chriſtus. In Palæſtina enim quaſi in nido nu

tricabat discipulos, & exin eos volare docuit præsens, & gestans tandem permisit eos volare in totum orbem, dato eis mandato, ne sibijpsis deessent.

V. Grego. Tertia parte cap. 26.

Admonendi sunt quos ab officio prædicationis imperfectio & ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit; quòd pulli auium, si ante pennarum perfectionem volare appetant, vnde ire in alta cupiunt, inde in ima merguntur.

VI. Chrysost. in Ioan. homil. 12.

Quemadmodum aues pullos suos, neq; è uestigio, neq; vna duntaxat die, totam volandi artem edocent, sed primò è nido tantum educunt, inde cum aliquantulum quieuerũt, volatui eos assuefacere incipiunt, postridie ad operam reuocant: ita paulatim exercendo ad naturalem eos efferũt altitudinem: Ita beatus Ioannes, non statim ad summa Iudæos erigit, sed primùm paululum à terra eleuat, cũ Christum se meliorem testatur.

VII. Gregor. Naz. oratione quum

post

postea, quæ cont[redacted] gesta fuerant, reuerteretur ex agro.

Ego quum apud uos agerem, minimè sentiebam affectum, quũ verò separatus essem, desiderium cognoui, tyrannum illum dulcem, sicut auicula fætum suum desiderat, quem nuper relinquerat, tandem cum stridore ad nidum aduolat, ac in stridentes incidit pullos, alisq; confouet, &c.

VIII. [redacted]

Vt auis quicquid pabuli nacta est, in pullos transfert protinus, ipsi nihilo melius est: ita quidam ideo discunt, vt statim doceant, ipsi nihilo meliores euadunt.

IX. Idem.

Vt pulli inuolucres semper hiantes pendent de ore alieno: Sic quidam molesti sunt docenti, quòd necessarium sit eis omnia mansa in os inserere, nihilq; tradant ipsi sibi.

X. Theodor. sermone. I.

Sicut aues vocales humanam quidem uocem imitantur, non tamen intelligunt quid loquuntur: Ita philosophi veritatem nescientes prodiderunt.

aliјs facilè capieris insidiјs.

XVIII.

Quam igitur veniam habemus, quam verò defensionem, cùm brutis simus dementiores? Auicula nanque semel capta laqueo, mox elapsa, & ceruus in rete decidens, & effugiens, iјsdem iterum difficilè capientur: nam cuique fit experientia cautelæ magistra. Nos sæpe iјsdem capti in eadem cadimus, neque brutorum prouidentiam & solicitudinem nos ratione decorati imitamur.

[redacted]

Si fœmina inter aues saliat fœminam, nascuntur quidem oua, sed ex quibus nihil nascatur: Ita consilium quod animo conceperis, non accedente ratione, friuolum est & inutile. Oua sic nata, ὑπηνέμια, hoc est, subuentanea vocant: dicuntur & Zephyria, quæ vento concipiuntur: Sic euanidum est, quicquid imaginatione, non certo iudicio instituitur.

XIX. Seneca de benef. lib. 4. cap. 20.

Vt aues quæ laceratione corporum aluntur,

tur, lapsa morbo pecora, & casura è proximo speculantur: Ita hic imminet morti, & circa cadauera volat.

XX. Seneca lib. 2. epist. epistola. 75.

Omnium animos mala aliena ac repentina solicitant: quemadmodum aues etiam inanis fundæ sonus territat: Ita nos non ad ictum tantùm exagitamur, sed ad crepitum.

XXI. Seneca lib. 2. epist. 123.

Aues quæ conuiuijs comparantur, vt immotæ facilè pinguescant, in obscuro continentur: Ita sine vlla exercitatione iacētibus, tumor pigrum corpus inuadit, et superbam vmbram iners sagina succrescit.

XXII. Chrysost. in Matth. hom. 66.

Quem auem tu altius volare opinaris? An eam quæ cum per aëra feratur, arundines aucupis atq; retia non formidat: an eam, quæ iā vel sine arundine ac visco, quoniam humi serpat potius quàm volat, manibus facilè capitur? Huiusmodi certe insolens animus est, qui cùm humi serpat, in omnem laqueum incidit.

ſed circumuentionibus ſuis alios decipere conãtur: Iacob domum habitat, hæreticus in fouea eſt: vt fraudulenta vulpes, gallinæ Euangelicæ dolum intendens ſemper merito foueas habent, quia domum quam habuerant, perdiderunt. Hoc animal neq; mãſueſcit vnquam: vnde & Apoſtolus ait: Hæreticũ hominem poſt vnam correctionem deuita: neq; vllius vſui eſt, aut cibo vtile eſt. Ideo Sampſon ad caudas eorum faces ligauit, & dimiſit in meſſes alienigenarum, eo quòd hæretici fructus incendere conentur alienos, latratibus magis ſonori, quàm vocibus excitati. Qui enim vnũ verbum negat, nec vocem habet ad præſens ore liberi, ſed in futurum finem iã vincti, caudæ facibus ſignificantes ſui finis incendium.

* * *

SI-

SIMILITVDINVM
LIBER SECVNDVS,
à quadrupedibus ouiparis.

CHAMAELEON.

**Hoc animali figuratur inhumanitas, *adu* 1.2.
*latio, *inanis gloria, *ventosa iactantia, *le-* 3.4.5.
uis mutatio.

I. Gregorius Naz. in Iulianum Imperatorem oratione. 1.

Quemadmodum chamæleontem facilè ferunt variari, omnesq; assumere colores præter candidum, vt interim fabulosum illũ Proteum AEgyptium sophistam omittam: Ita & ille omnia præterquam mansuetus erat, et factus est Christianus, eratque illi humanitas res admodum inhumana, suadelaq; nil aliud quàm violentia, & pro immanitatis excusatione probitas, quò iure videretur ad violentiam confugere, quum persuadendo nihil proficere posset.

II. [redacted]

Chamæleon qui subi[redacted]*rem,*

omnem imitatur, præter rubrum & candidum: Ita adulator nihil non imitatur in amico, præter ea quæ honesta sunt.

III. Idem.

Vt chamæleon non alio pascitur alimento, quàm aëris, & idcirco ore est semper hiante: Ita quosdam aura popularis alit, neq; quicquam captant præter inanes laudes, & gloriam.

IIII. Idem.

Chamæleon maximum habet pulmonem, & nihil aliud intus: Ita quidam præter ostentationem, & ventosam iactantiam nihil habent.

V. Idem.

Chamæleon quia pauidissimum animal, subinde colorem mutat: Ita qui viribus non pollent, ad uarias artes confugiant necesse est.

CROCODILVS.

1. 2. 3. **Huic similes sunt Tyranni *feroculi* et ancipites.* [redacted]

I. [redacted].

Cro-

Crocodilus patitur trochilum auiculam carpere escam è faucibus suis, non illius amore, sed sua ipsius causa: Repurgat enim rostro suo os illius: Ita tyranni etiamsi quid alicui cõcedunt, semper ad suum referũt commodum.

Idem.

Crocodilus inuictum alioqui, & pernicio sum animal, tamen Tentyritas adeò metuit, vt ad vocem etiam expauescat: Ita tyrannicum omnes contemnant, tamen eruditorum literas subtiment.

II. Idem.

Crocodilus terribilis est in fugaces, fugax contra insequentes: Ita quidam si concedas ac metuas, tum ferociunt: si strenuè contemnas & obsistas, statim concedunt.

III. Idem.

Crocodilus anceps animal, nunc in terris agit, nunc in aquis: in terra ponit oua, in aqua prædatur, & insidiatur: Ita quidam simul et aulici sunt & ecclesiastici, utrobiq; pestilentes.

8. 2. **Pestifera malorum oratio, & *in primis pseudoprophetarum inuenitur.*

I. [redacted]

Vt ranæ vltra solitum vocales, tempestatem significant imminentem: Ita cum plurimum valet apud principes oratio malorum, bonis tacentibus, tum instat rerum perturbatio.

II. Augustinus de conuenientia decem præceptorum & decem plagarum, cap. II.

Quæ est ista secunda plaga ranæ in abundantia? In ranis hæretici intelligũtur atq; Philosophi. Habes congruenter signatam Philosophorum vel hæreticorum prauitatem, si cõsideres ranarum loquacitatem. Ranæ sunt clamantes in paludibus limosis, per superbiã & inanes contentiones strepitum vocum habere possunt, doctrinam veræ sapiẽtiæ non possunt insinuare. Qui enim Christianæ veritati contradicunt, & in sua vanitate decepti, ranæ sunt tædium afferentes auribus, non cibos mẽtibus.

Pri-

Primasius Episcopus Vticensis in Apocalypsim lib. 4.

Ranæ & loco & visu, molestoq; strepitu sic odibiles habentur, sicut diabolus cum suis agnoscitur obominabilis veritati: Ita & pseudoprophetas more ranarum, tanquam animantibus coaxantibus nocte, damnabiliter erroris latratu conuenit perstrepere. Quid cœnum compares cœlo, quod conuenit habitationi ranarum, tanquam horrendum pseudoprophetæ blasphemijs? Tantum distăt doctores veritatis à pseudoprophetis, quantum ranæ à sanctis hominibus, qui pseudoprophetæ sicut ranæ ignaros impediunt, ne quieto deuotionis cultu percipiant veritatem.

SALAMANDRA.

**Typus est rebus turbatis se exerentium* 1.
**alios ad torporem adducentium, *& in af-* 2. 3.
flictione perdurantium.

I. [redacted]

Salamandra non nisi magnis imbrib. prouenit, serenitate deficit: Ita quidam non appa-

rent, nisi statu ciuitatis bello aut seditione turbato, ijdem rebus pace compositis emoriuntur.

II. Idem.

Salamandræ tantus est rigor, vt ignem contactū non aliter quàm glacies extinguat: Ita quidam citius hominem ad torporem adduxerint, quàm ipsi ad honesta inflammētur.

III. *Patientes vt salamandra in igne afflictionis perdurant.*

TESTVDO.

1, 2, **Hæreticos designat, & *alieni appetentes.*

I. Hieronymus lib.5.comment.in Oseæ cap.13.

Quomodo θῖνες & acerui hinc atque illinc de lapidibus et sabulo congregantur: Ita & hæretici de sapientia seculari & argutijs hominum, fraude atq; mendacio simulachra componunt: et cum ho[redacted]*gressibus in vno mouentur loco, et totum orbem occupare non possunt. Testudo tardigrada et oncrata,*

onerata, imò oppressa pondere suo, non tā ambulat quàm mouetur, hæreticorum grauissima peccata significans, qui suis in cœno & volutabro luti erroribus immolant, adorantes opera manuum suarum, & instar boum cuncta pro terrenis frugibus laborantes deturbant.

II. Titus Liuius de bello Macedonico lib. 6. ubi sic loquitur Quintius.

Si vtilem possessionem eius insulæ censerem Achæis esse, autor essem S. P. Q. R. vt eam vos habere sineret: cæterum sicut testudinem, vbi collecta in suum tegumen est, tutam ad omnes ictus video esse, vbi exerit partes aliquas, quodcunq; nudauit obnoxiū atq; infirmum habere: haud dissimiliter vobis Achæi clausis vndique maris quod intra Peloponesum est termino, ea & iungere vobis & iuncta tueri facilè, si semel auiditate plura amplectendi hinc excedatis, nuda vobis omnia quæ extra sint & exposita ad omnes ictus esse.

SIMILITVDINVM

LIBER TERTIVS,

Ab auibus in genere.

1. *Aues imagine * quadam referunt cœle-*
2. *stis patris prouidentiam, * Christi spiritum,*
3. 4. **iugum, & * institutionem qua erga disci-*
pulos vsus est.

5. 6. **Deinde eos qui debeant doceri, *quo mo*
7. 8. *do, * quo affectu: * qui praui sint doctores,*
9. 10. **qui molesti auditores. *Referunt item phi-*
11. *losophos * & orationem inutilem.*

12. **Deinde erudimur auibus, de precatione*
13. *sursum volante, * de solicitudine pro amicis*
14. 15. *absentibus, *de mortis præmeditatione, *de*
16. *operibus fidem sequentibus, * de gaudio &*
17. 18. **præmio virtutis. *Postremò hinc argumen*
19. *ta sumuntur contra imprudentiam, *auari-*
20 21. 22 *tiam, *timiditatem, * desidiam, * insolētiam,*
23. 24. 25 **crapulam, *libidinem *omnem deniq; uitio-*
26. *sam cupiditatem, * & quæ oritur inde confu*
27. 28. *sionem cum *excidio & *improuisa morte.*

I. Matthæi. 6.

Vertite oculos ad volatilia cœli, quia non
serunt,

ſerunt, neq; metunt, neq; conuehunt in horrea, & pater veſter cœleſtis alit illa. Nónne vos longe præcellitis illa?

II. *Spiritus ſanctus ſicut nobilis auis nidificat in alta arbore, aſperum nidum habens exterius, mollem & ſuauem interius. E conuerſò, Diabolus eſt ut vpupa quæ nidificat in ſtercoribus.*

III. Bernh.lib.epiſtolarum,epiſt.72.

Lex Chriſti onus eſt alleuians aut iugum liberans, ſimilis pennis auium quæ corpulentiorem reddunt ſubſtantiam & agiliorem, groſſeſcit inde natura, vnde ſarcina alleuiatur, & quantum creſcit in maſſa, tantũ decreſcit de pondere.

IIII. Chryſoſtomus in Priſcillam & Aquilam.

Quemadmodum aues pullos ſuos fouentes, tandiu in nido ſedent, donec illorũ plumæ increſcant, quas dum increuiſſe viderint, eos primùm circa nidũ volitare docent, dein adminiculo ſuo totos deſtituunt: Ita faciebat & Chriſtus. In Palæſtina enim quaſi in nido nu

tricabat discipulos, & exin eos volare docuit præsens, & gestans tandem permisit eos volare in totum orbem, dato eis mandato, ne sibiipsis deessent.

V. Grego. Tertia parte cap. 26.

Admonendi sunt quos ab officio prædicationis imperfectio & ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit; quòd pulli auium, si ante pennarum perfectionem volare appetant, vnde ire in alta cupiunt, inde in ima merguntur.

VI. Chrysoſt. in Ioan. homil. 12.

Quemadmodum aues pullos suos, neq; è uestigio, neq; vna duntaxat die, totam volandi artem edocent, sed primò è nido tantum educunt, inde cum aliquantulum quieuerũt, volatui eos assuefacere incipiunt, postridie ad operam reuocant: ita paulatim exercendo ad naturalem eos efferũt altitudinem: Ita beatus Ioannes, non statim ad summa Iudæos erigit, sed primùm paululum à terra eleuat, cũ Christum se meliorem testatur.

VII. Gregor. Naz. oratione quum

post

poſtea, quæ contra [redacted] geſta fuerant, reuerteretur ex agro.

Ego quum apud uos agerem, minimè ſentiebam affectum, quũ verò ſeparatus eſſem, deſiderium cognoui, tyrannum illum dulcem, ſicut auicula fœtum ſuum deſiderat, quem nuper relinquerat, tandem cum ſtridore ad nidum aduolat, ac in ſtridentes incidit pullos, aliſq; confouet, &c.

VIII. [redacted]

Vt auis quicquid pabuli nacta eſt, in pullos transfert protinus, ipſi nihilo melius eſt: ita quidam ideo diſcunt, vt ſtatim doceant, ipſi nihilo meliores euadunt.

IX. Idem.

Vt pulli inuolucres ſemper hiantes pendent de ore alieno: Sic quidam moleſti ſunt docenti, quòd neceſſarium ſit eis omnia manſa in os inſerere, nihilq; tradant ipſi ſibi.

X. Theodor. ſermone. I.

Sicut aues vocales humanam quidem uocem imitantur, non tamen intelligunt quid loquuntur: Ita philoſophi veritatem neſcientes prodiderunt.

XI. [redacted]

Vt aues ſubuentaneos concipiunt fœtus: ſic inutilis oratio accepta, nec inhærens, ſed protinus in auras diſpergitur.

XII. Chryſoſt. in Matth. homil. 8.

Qui orans ieiunat, binas poſsidet alas quibus ventos ipſos volando præteruehitur: non enim oſcitat, nec extenditur, nec torpet orando, ſed igne ardentior, et terra ſuperior, quare terribilis hoſtib[redacted]

XIII. Horatius Od. 1. epodi.

Vt, mes minore ſim futurus in metu
Qui maior abſentes habet.
Vt aßidens implumibus pullis auis,
Serpentium allapſus timet.
Magis relictis, non vt adſit auxili
Latura plus præſentibus.

XIIII.

Sicut auis inter volandum cauda ſe regit, ita prudens mortem in primis meditatur, vt actiones vitæ rectè dirigat.

XV. Chryſoſtomus.

Quemadmodum auis, etſi non toto corpore,

re, sed vno tantùm pede capta teneatur, in potestate eius est qui laqueum tetendit: Ita & nos, cùm & vitæ & fidei peruersitate capi valeamus, si vita solùm oberrauerimus, in ius diaboli labimur.

XVI. Hilarius.

Ad conspectum viri fidelis, religiosi omnes quibus timor Dei est, lætantur, vt vel solo corpore contemplationis viso gratulentur, instar auium herbarũq; quarundã, quæ visu tantum & conspectæ morbis aliquibus & infirmitati[redacted]

XVII. Prouerbiorum.1.

Quoniam frustra expansum est rete ante alatã auem, hoc est, tametsi pijs insidias struant impij, penna tamen gratiæ Dei defendit illos.

Chrysostomus.

In medio laqueorum ambulas, qua de causa tot laquei? ne deorsum uolemus, sed superiora quæramus. Etenim volatilia donec in altũ aëra secant, non facile capiuntur: Ita tu donec ad superiora respexeris, nec laqueo, nec vllis

alijs facilè capieris insidijs.

XVIII.

Quam igitur veniam habemus, quam verò defensionem, cùm brutis simus dementiores? Auicula nanque semel capta laqueo, mox elapsa, & ceruus in rete decidens, & effugiens, ijsdem iterum difficilè capientur: nam cuique fit experientia cautelæ magistra. Nos sæpe ijsdem capti in eadem cadimus, neque brutorum prouidentiam & solicitudinem nos ratione decorati imitamur.

[redacted]

Si fœmina inter aues saliat fœminam, nascuntur quidem oua, sed ex quibus nihil nascatur: Ita consilium quod animo conceperis, non accedente ratione, friuolum est & inutile. Oua sic nata, ὑπηνέμια, hoc est, subuentanea vocant: dicuntur & Zephyria, quæ vento concipiuntur: Sic euanidum est, quicquid imaginatione, non certo iudicio instituitur.

XIX. Seneca de benef. lib. 4. cap. 20.

Vt aues quæ laceratione corporum aluntur,

tur, lapsa morbo pecora, & casura è proximo speculantur: Ita hic imminet morti, & circa cadauera volat.

XX. Seneca lib.2.epist.epistola.75.

Omnium animos mala aliena ac repentina solicitant: quemadmodum aues etiam inanis fundæ sonus territat: Ita nos non ad ictum tantùm exagitamur, sed ad crepitum.

XXI. Seneca lib.2.epist.123.

Aues quæ conuiuijs comparantur, vt immotæ facilè pinguescant, in obscuro continentur: Ita sine vlla exercitatione iacẽtibus, tumor pigrum corpus inuadit, et superbam vmbram iners sagina succrescit.

XXII. Chrysost.in Matth.hom.66.

Quem auem tu altius volare opinaris? An eam quæ cum per aëra feratur, arundines aucupis atq; retia non formidat: an eam, quæ iã vel sine arundine ac visco, quoniam humi serpat potius quàm volat, manibus facilè capitur? Huiusmodi certe insolens animus est, qui cùm humi serpat, in omnem laqueum incidit.

XXIII. Idem.

Adeò mala deliciarum lasciuia est, vt irrationabilibus quoq; pestifera sit. Nam ut uolucres nimia saturitate, & sibi, & nobis inutiles efficiuntur: superfluitates enim indigestæ, ac putredo humidior à pinguedine oriuntur: quæ verò animalia non copiose aluntur, sed quasi ieiunantia, mediocri victu simul et labore exercentur. Hæc animalia, tam sibi sanitatem seruant, quàm nobis accommodiora sunt. Quare qui his vescuntur, sani viuũt: qui verò illis pinguioribus uentres voraciter replent, illis similes efficiuntur, tardi, et ad ægrotandum aptiores facti, & strictiora illis vincula comparantes.

XXIIII. Prouerbiorum 7.

Ceu dum auis ad laqueum properat, ignarus quod vitæ eius paratus sit. Loquitur ibi Salomon, de iuuene ardore libidinis capto, attendente ideoq; non periculum animæ.

XXV.

Sicut auiculæ laqueo captæ vtilitas nulla, sed frustrà & incassum alas concutit: Ita & tibi

tibi nulla ratiocinationum vtilitas, si ab improba penitus cupiditate captus sis, sed quantumcunque resilieris, captus es.

XXVI. Chrysostomus de ijs qui cupiditatibus indulgent.

In anima nostra vbi locus cõsilij est, vbi regia sedes, vbi iudiciũ, eò immanes bestiæ ad mentem ipsam, ad regale solium omnia perturbantes, magna licentia conscendunt, propterea ad inferiora depelluntur, quæ superius stare debebant, omniaque simul turba conquassantur, urbana suburbanaque, quæ intus, quæ foris sunt. Ciuitatique similes sumus, quæ barbarorum incursu conturbatur: aut auiculis quæ dracone ad nidum suum trepidè ac conturbatè circumuolant.

XXVII. Oseæ cap. 9.

Ephraim quasi auis auolauit, gloria eorũ à partu & ab vtero, & à conceptu.

XXVIII. Ecclesiastici.

Sicut capiuntur aues, sic mors de improuiso homines illaqueabit.

AB AVIBVS SPE- ciatim ordine literarum.

[redacted]

Inter ægathilos, & acanthylides tantum est odium, vt si sanguis eorum vimiſceatur, continuo ſeparent ſe rurſus, ac diſsiliant: Sic inter patritios & plebem, etiamſi quando pro rerum vſu coniunguntur, durat tamen vſq; odium naturale.

ACCIPITER.

* 2. **Hinc donorũ diuerſitas, * temporalium*
3. *bonorum vſus, * & impietatis pœna cognoſcitur.*

I. [redacted].

Vt non æquè cernũt cicadæ, et accipitres, neq; ſimiliter uolant aquila & perdix: Ita nõ omnia, quæ rationis participia ſunt, æquè valent ratiocinandi acumine.

II. Abſolon ſermone.3. de annuntiatione Mariæ.

Diſce quid faciendum tibi, ab eo qui accipitrem portat in læua, vt iactet ad dexteram,

ram, & ſic prædam capiat. Si euolare fecit eum ad ſiniſtram, nihil capit, perdit operam impenſam. Ita tu ſecularis homo, cuius cor in læua, id eſt, bonis temporalibus requieſcit per amorem, fac accipitrem tuum, id eſt, animã, euolare ad dexteram, id eſt, vitam æternam, vt capiat eam, vt à læua ad dextram tranſeat, dum bona temporalia in pias cauſas erogas.

III. Chryſoſtomus.

Sicut enim pulli frequenter à matre vocati, cùm non audierint, neq; ſecuti fuerint matrem, matre longius abeunte, aut venit accipiter, & diripit eos, aut longius euagantur vt pereant: Sic et domino frequenter Iudæos vocante, quoniam non obaudierunt, neq; ſecuti ſunt eum, recedente illo ab eis ad gentes, venit quaſi accipiter rex Romanus, & partem quidem eorum comedit fames & gladius, alij autem per ſingulas prouincias diſperſi ſunt, vt perirent.

[redacted]

Apodes auiculæ, aut pendent volatu, aut iacent, propterea quòd pedibus careant: Ita quidam in vtranq; partem nimis vehementes, aut nimium tumultuantur negocijs, aut toti torpent ocio: nil medium est.

AQVILA.

1. **Aquilæ citantur, vt appareat Dei beni*
2. 3. *gnitas, *Christi ascensio, *& præsentia cum*
4. 5. *pijs, *quibus maximè delectatur. *Item quo-*
6. *modo ad Deum conuertantur homines, *&*
7. *cõuersi explorentur. *Quomodo corporalib.*
8. *rebus nihilominus indigeant, *et propter pec*
9. *catum puniantur. *Deinde quàm hostes sint*
10. 11. 12. *veloces, *crudeles, *& potentes. *Postremò*
13. *quantum vitium gastrimargiæ, * auaritiæ,*
14. **& quæ diuitiarum instabilitas.*

I. Deutero. 32. cap.

Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atq; portauit in humeris suis. Dominus solus dux eius fuit, & non

non erat cum eo Deus alienus.

Psalm.103. [redacted].

Dei beneficio, quemadmodũ aquila, quæ rostrum ob vetustatem nimis aduncum abijcit, & iuuentam recipit: tu quoq; ob peccatum squallida, & senescens florem iuuentutis recipies.

II. *Sicut aquila humilia deserit, alta petit, cœlorum vicina conscendit: Ita & saluator humilia inferni deseruit, paradisi altiora petijt, cœlorum fastigia penetrauit.*

III. *Sicut aquilæ & cadauera facillimè congregantur: Ita ego & vos semper vnà erimus. Vos facilè me inuenietis, ego aũt nunquam vos deseram. Adero semper vobiscũ, vt vos ab omni malo defendam. Nam in quauis calamitate, quæcunque acciderit orbi terrarum, semper Christus et credentes in Christum coniuncti sunt. Christus caput est, credentes membra sunt. Caput autem membris, membra capiti adhærent.*

IIII. *Sicut aquila relictis terrenis sordib.*

ſublime volans, purioris aëris ſalubritate perfruitur; Ita et dominus terrenorum fecẽ deſerens peccatorum, in ſanctis ſuis volitans purioris vitæ ſimplicitate lætatur.

V. Honorius ſermone de circumciſione.

Vt aquila per ſenectutem tam curuum acquirit roſtrum, vt veſci non poßit, niſi ad lapidem dein percutiendo aducitatem frangat, quo facto rurſus edit & bibit, & reiuueneſcere dicitur. Sic peccator qui peccatis eſt prægrauatus, nihil ſpirituale ei ſapiet, morietur fame, niſi ad petram Chriſtum per pœnitentiam ſe fortiter ac diu percutiat, vſq; ad propoſiti mutationem, & duritiei abiectionem.

VI. Chryſoſt. in Matth. cap. 24.

Sicut filij aquilarum ad ſolem probantur, vt ſi quidem recto aſpectu potuerint intendere cõtra radios ſolis, intelligãtur eſſe legitimi: ſi autem nõ potuerint, cognoſcantur adulterini: Sic & filij Dei ad Chriſti iuſtitiã comprobantur: ſi enim potuerint pleno corde iuſtitiæ verba ſuſcipere, intelliguntur eſſe legitimi:

timi: si autem non potuerint, cognoscuntur de diabolo nati.

VII. Primasius in Apoc. lib. 3.

Aquila præ cæteris auibus cognoscitur altius euolare, viso tamen eminus cibo, indigẽtia naturali subacta, mox ad ima descendit: Sic ecclesia in spiritualibus membris cum ea quæ sursum sunt, mente petat & sapiat, infirmitate tamen corporis aggrauata, necessitatibus subiacet indigentiæ corporalis, pro quibus ingemiscit & parturit vsq; adhuc.

VIII. Hieronymus in Mich. cap. 1.

Quomodo aquila, quæ regina est auium, certo tempore amittit pilos, & remanet implumis: Sic etiam Israël deponat omnem gloriam suam.

IX. Abacuk. cap. 1.

Equites nanq; eius delongè veniunt, volabunt quasi aquila festinans ad comedendum.

Vt aquila inter volatilia & fortis est & velox, præsertim quum famelica expetiuerit alimoniam, exque altioribus locis delata, cũ impetu suo irruẽs intolerabilis sit: Sic et Chal

daorum equites nedum potentes sunt & robusti, sed veloces etiam propter equos, alacresque & cupidi ad depopulandum, deuorandum & absumendum vrbes, ex alto nimirum ingruentes.

X: [redacted]

Aquilarum pennæ quoq; aliarum auium pennis admixtæ, eas deuorant: Ita tyrannis penitus insita vis est spoliandæ plebis, vt mortui quoq; aliquid auferant.

XI. Vergilius lib.11. AEneid.

Vtq; volans altè raptum cum fulua dracone
Fert aquila, implicuitq; pedes, atq; vnguibus hæsit:
Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectisque horret squamis: & sibilat ore,
Arduus insurgens: illa haud minus vrget adunco
Luctantē rostro: simul æthera verberat alis.
Haud aliter prædam Tyburtum ex agmine Tarchon
Portat ouans.

XII. Ioā.Cassianus collat.5.cap.20.

Huius

Huius paßionis figura, qua necesse est quēuis spiritualem summumq; monachum coarctari, propriè satis aquilæ similitudine designatur. Quæ cũ excelsißimo volatu vltra nubium fuerit altitudinem sublimata, seseq; ab oculis cunctorũ mortalium, ac à facie terræ totius absconderit, rursus ad valliũ ima submitti, & ad terrena descendere, ac morticinis cadaueribus implicari ventris necessitate compellitur. Quibus manifestißimè comprobatur, gastrimargiæ spiritũ nequaquam posse vt cætera vitia resecari, vel per omnia similiter extingui, sed aculeos eius ac superfluos appetitus, virtute animi retũdi tantùm atq; cohiberi.

XIII. [redacted].

Aquila auium rapacißima, non oppetit morbo neq; senio, sed fame: Ita auarus quò magis accedit ætas, hòc magis cruciatur habendi studio, & minus [redacted]rtis.

XIIII. Prouerb.23.

Ne allabores vt ditescas, cessa ab hac prudentia tua.

Num intenderes oculos tuos in id quod [mox] non eſt? ſumunt enim ſibi alas [diuitiæ,] & velut aquila in aërem auolant.

ATTAGEN.

[redacted]

Vt attagen aliâs vocalis, captus obmuteſcit: Ita quibuſdam ſeruitus adimit vocem, qui liberi loquebantur. Aut ſpõte loquũtur, aut canunt nonnulli: ſi cogas, reticeſcunt.

CICONIA.

1. **Admonent ciconiæ de pietate erga paren*
2. 3. *tes, *de colenda amicitia, *de vindicãdo mul*
4. *torum ſcelere, * Item de tempore dilabente,*
5. **& vtilium rerum cura.*

I. Theodorus [redacted]

Quis tam in parentes impius, ut non cum ciconiæ auis, aut meropis pietatem erga parentes intelligat, pientior efficiatur?

II. [redacted]

Ciconia tametſi demigrat, tamen reuerſa, ſemper eoſdem repetit nidos: Ita non oportet amicorum ob intermiſſam vitæ conſuetudinem

nem obliuiſci, ſed memoriam illorum ſemper nobiſcum circunferre.

III. Idem.

Ciconiæ quoties conuolant in campum, quem Pythonis comen vocant (is eſt locus in Aſia) quæ vltima omnium aduenerit eam lacerant, atq; ita diſcedunt in vna omnium, ceſſatione caſtigata: Ita multitudinis vitia, vnius inſigni ſupplicio ſunt vel ſananda vel arcenda.

IIII. Idem.

Vti ciconias nemo aduenire ſentit, ſed adueniſſe: nemo diſcedere, ſed diſceßiſſe, quòd no ctu clanculumq́ue faciant vtrunq;: Ita iuuentutem nemo intelligit diſcedere, ſed diſceßiſſe: & ſenectutem non ſentimus aduenire, ſed adueniſſe.

V. Idem.

Apud Theſſalos capitale eſt occidere ciconiam, non ob aliud niſi quòd ſerpentes interficit: parcitur & apud Britannos miluijs, quòd vrbem raptis extis pecudum repurgēt: Ita quibuſdam honos habendus, non quòd ip

ſi digni ſint, ſed quòd illorum opera nobis ſit vſui.

COCCYX.

[redacted]

Coccycis pullus vbi adoleuerit, cum ſit nothus, tamen legitimos deuorat, vnaque matrem ipſam: Ita quidam magna indulgentia, ſtultoque amore quorundam educati ſubuertunt eos.

Idem.

Coccyx oua ſubdit in nidis alienis: Ita quidam alienas vxores faciunt matres.

COLVMBA.

1. **Columbis oſtenditur ſacrarum literarũ*
2. 3. **& baptiſmi dignitas ac vſus. *Deinde ty-*
3. 4. *pum gerunt ſimplicitatis, *miſericordiæ, *ca*
5. 6. 7. *ſtitatis, *precationis, *nec non præſidij, *fœ-*
8. *licitatis piorũ. * Inſuper quæ mala ex ſepara*
10. 11. *tione, * & oſtentatione oriri ſoleant, *quæ*
12. *peccatorum pœna. *Poſtremò trepidantes,*
13. ** & hoſtibus inferiores huic auium generi*
comparantur.

I. *Quam ſuaue eſt, vt dixi, viatori de-*
miſſis

missis interdum sarcinis pennulas columbæ deargentatas, & aurea dorsi eius præ oculis habere & manibus tractare scripturam, cuius & exterior sermo castus absq; omni superfluitate nitet quasi argentum, & interior sensus rutilat quasi aurum.

Gregorius.

Sicut columbæ iuxta fluenta residere solent, vt volatum auium in aqua uideant, suprà quam se proijcientes, vngues rapaciũ sic effugiant: Sic sancti viri in scriptura sancta fraudes dæmonum prospiciunt, & ex descriptione quam vident, quasi ex vmbra hostem cognoscunt, dumq́ue se consilijs scripturæ ex toto addicunt, vt videlicet nihil agant, nisi quod ex responso scripturarum audiũt, quasi in aquam se proijcientes, hosti illudũt. Quæ scripturæ fluenta plenißimè dicuntur, quia de quibuscunque scrupulis in scripturis consiliũ quæritur, absq; exceptione de omnibus ad plenum inuenitur.

II. Hieron. aduersus Luciferianos.

Emittitur de arca coruus, & non redijt,

& postea pacem terræ nostræ columba spiritus sancti nuntiat: Ita & in baptismate ecclesiæ, teterrimo alite expulso, id est diabolo, pacem terræ nostræ columba spiritus sancti nuntiat.

III. Matthæi.10.

Estote simplices sicut columbæ.

IIII. Chrysostomus.

Misericordia pennata est, & valde leuis, habens alas aureas, & volatum, quæ angelis magnam gratiam dilectionis apportet. Scriptum est enim: Pennæ tuæ sicut pennæ columbæ deargentatæ, & collum eius in fulgore auri. Sicut columba quædam nitens & aurea venustate decorata, mites & affabiles oculos habens, per cuncta volat: Sic & misericordia nitet magno decore festiua; nihil est illis oculis melius. Pulcher quidem est pauo, sed in illius comparatione deformis apparet: Ita enim hæc auis pulchra est & mirabilis, ab ipso initio per tempora cuncta perdurans, & multa gloria diuina decoratur. Virgo est habens alas aureas, circumspecta per omnia,

venu-

venusteque succincta, vultum habens candidum atq; mansuetum: pennata est & leuis, et semper ante solium regale consistit. Quando iudicamur, repente subuenit, & nos à supplicijs liberat imminentib. alis suis nos contegens: hanc amplius desiderat Deus quàm innumera sacrificia.

V. Theodorus Gaza.

Columba, neq; coire cum pluribus patitur, neq; coniugium iam inde à primo ortu initum deserit, nisi vidua aut celebs.

VI. Bernhardus sermone de duob. discipulis euntibus in Emaus.

Comparat orationem turturi, meditationem verò columbæ, quæ dulces querimonias submurmurant in foramina petræ.

VII. [redacted] uirgines quasdam sic alloquitur.

Vos veluti columbæ in foraminibus petræ & in cauernis maceriarum, gratissimo gemitu semper obmurmurantes sponso. Petra autem Christus est, quæ multas habet latebras in quibus piorum animæ tuto latitēt ab

huius mundi tumultu. Vbi dulci temperie refrigerantur ab æstu carnalium desideriorum, quæ militant aduersus spiritum. In his foraminibus hoc tutius ac felicius delitescitis, quo minus instructæ estis præsidijs humanis, quemadmodum columbæ nec rostro, nec vnguib. nec vi, nec dolis armatæ sunt aduersus iniuriam aliarum auium. tantum fuga latebrisq; tutæ sunt, neq; norũt vlli cæterorum animantium moliri uim aut iniuriam. Grata simplicitas relucet in oculis, quam & sponsus adamat in Canticis, & euangelicæ literæ nobis commendant. Nec obstrepunt molesto garritu, quemadmodum aliæ permultæ. Tantum amabili murmure solicitudinem suam solantur.

VIII. [redacted]

Etiamsi hactenus habitastis inter ollas, eritis posthac vt pennæ columbæ argento obductæ, cuius alæ fuluæ sunt auro purißimo, hoc est, accedunt ad colorem auri fului, omnia læta promittuntur.

IX. De agmine columbarum crebrò accipiter

piter vnam separat, quam statim inuadat et laceret, cuius carnibus & cruore saturetur. Non minus periculum virginius sine matre vagantibus imminet.

Oseæ cap. 7.

Et factus est Ephraim quasi columba seducta, non habens cor, AEgyptum inuocabant, & ad Assyrios abierunt.

X. [redacted].

Columbo in volatu pernicitas, sed dū plaudit in aëre sibi placens, implicatis strepitu pennis, capitur ab insidiāte alicubi accipitre: Ita multi dum ostentant suas vires magis quàm vtuntur, obtiti sui, præda fiunt inimicis.

XI. *Columbas fœtor expellit: Sic vitæ nostræ custodem angelum lugubre ac putens abigit peccatum.* [redacted]

XII. Nahum. 2. cap.

Miles captiuus abductus est, & ancillæ eius mirabantur, gementes vt columbæ, murmurantes in cordibus suis.

Virgilius lib. 2. AEneid.

Hîc Hecuba & natæ nequicquam altaria circum

Præcipites atra ceu tempestate columbæ,
Condensæ, & diuum amplexæ simulachra
tenebant.

XIII. Vergilius lib.11.AEneid.de Auno & Camillo.

Frenisq; aduersa prehensis
Congreditur, pœnasq; inimico à sanguine sumit:
Quàm facilè accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis, sublimem in nube columbam,
Comprensamq; tenet, pedibusq; euiscerat vncis:
Tum cruor & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.

CORYDALIS.

[redacted]

Vt non est corydalis absq; crista: Ita non est ingenium absq; inuidia innata.

CORVVS.

1. 2. **Coruus imprecandi,*animi quoq; excæ-*
3. *candi,*& peccati puniendi rationem suppeditat.*

Pro-

I. Prouerbiorum.30.

Eius oculum qui patrem subsannat, & matris doctrinam spernit, corui torrentis eruant, ac aquilæ pulli deuorent.

II. *Peccatum est & simile coruo, qui cadaueri cui insidet primo conatur oculos eruere, ut excæcatum animal poßit occidi: Similiter peccatum primo aufert oculos prudentiæ, quid & coram quibus agat, & quæ pœna ipsum maneat.*

III. Cyprianus ad Nouatianum in epistola.

Ex illa igitur arca emittuntur duæ aues, corax & columba. Qui corax verè hominũ immundorum, & in tenebris perpetuis futurorum per seculi latam viam, & immunda vescentium apostatarũ, et ad ecclesiam se vltra non uertentium, figuram portabat, quem scriptum inuenimus emissum, & non amplius reuersum. Huic ergo aui, id est, immundo spiritui, quiq; fuerint similes inuenti, ad ecclesiam reuerti amplius non poterunt: qui etsi uoluerint, dominus prohibebit, qui Moysi præ-

cepit, dicens: Omne varium & immundum eijce foras extra castra.

COTVRNIX.

[redacted].

Coturnici veneni semen gratissimus est cibus: Ita quidam maledicentia & virulentis dictis impendiò delectantur.

CYBINDIS.

[redacted].

Cybindis auis bellum internicinum gerit cum aquila, adeò vt cohærentes sæpenumero prendantur: Ita fit aliquoties, vt dum mutuũ in se odium pertinaciter exercent principes, vtrique subuertantur, tertio quopiam inuadente.

CIGNVS.

Plato in Phœdone.

Βαβαὶ ὦ σιμμία ἦ που χαλεπῶς ἂν τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους πείσαιμι ὡς οὐ συμφορὰν ἡγοῦμαι τὴν παροῦσαν τύχην, ὅτι γε μηδ᾽ ὑμᾶς δύναμαι πείθειν: ἀλλὰ φοβεῖσθε μὴ δυσκολώτερον νῦν διάκειμαι, ἢ ἐν τῷ πρόσθεν βίῳ. καὶ ὡς ἔοικε

ἔοικε τῶν κύκνων δοκῶ φαυλότερος ὑμῖν εἶναι τὴν μαντικήν. οἳ ἐπειδὰν αἴσθωνται, ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἀποθανεῖν, ᾄδοντες καὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, τότε δὴ πλεῖστα καὶ μάλιστα ᾄδουσι, γεγηθότες ὅτι μέλλουσι παρὰ τὸν θεὸν ἀπιέναι, οὗπέρ εἰσι θεράποντες. οἱ δὲ ἄνθρωποι διὰ τὸ αὑτῶν δέος τοῦ θανάτου, καὶ τῶν κύκνων καταψεύδονται καὶ φασὶν αὐτοὺς θρηνοῦντας τὸν θάνατον ὑπὸ λύπης ἐξᾴδειν, καὶ οὐ λογίζονται ὅτι οὐδὲν ὄρνεον ᾄδει, ὅταν πεινῇ, ἢ ῥιγοῖ, ἤ τινα ἄλλην λύπην λυπῆται, οὔτε αὐτὴ ἡ ἀηδὼν, καὶ χελιδὼν, καὶ ὁ ἔποψ, ὃν δή φασι διὰ λύπην θρηνοῦντα ᾄδειν. ἀλλ᾽ οὔτε ταῦτα μοι φαίνεται λυπούμενα ᾄδειν, οὔτε οἱ κύκνοι. ἀλλ᾽ ἅτε οἶμαι τοῦ ἀπόλλωνος ὄντες, μαντικοί τε εἰσι, καὶ προειδότες τὰ ἐν ᾄδου ἀγαθὰ, ᾄδουσι καὶ τέρπονται ἐκείνην τὴν ἡμέραν διαφερόντως, ἢ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ. ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς ἡγοῦμαι ὁμόδουλός τε εἶναι τῶν κύκνων, καὶ ἱερὸς τοῦ αὐτοῦ θεοῦ, καὶ οὐ χεῖρον ἐκείνων τὴν μαντικὴν ἔχειν, παρὰ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ, οὐδὲ δυσθυμότερον αὐτῶν τοῦ βίου ἀπαλλάττεσθαι, *hoc est, Papæ ô Simmia quàm difficile alijs per-*

suaderem hanc me fortunam haudquaquam aduersam existimare, quando ne vobis quidem persuadere possum. Quippe cum metuatis ne difficilior mœstiorque sim in præsentia, quàm in superiori fuerim vita. Atq; vt appa ret, deterior cygnis ad diuinandum vobis esse videor. Illi quidem quando se breui præsentiunt morituros, tunc magis admodum dulciusque canunt, quàm antea consueuerint, cõgratulantes quod ad Deũ sint, cuius erant famuli, iam migraturi. Homines vero cum ipsi mortem expauescant, cygnos quoq; falsò criminantur, quod lugentes mortem ob dolorem cantum emittãt. Profectò haud animad uertunt nullam esse auem, quæ cantet quando esuriat, aut rigeat, aut quouis alio afficiatur incommodo. Non ipsa philomena, nec hirundo, nec vpupa, quas ferunt per querimoniam cantare lugentes. At mihi, neq; hæ aues præ dolore videntur canere, neq; cygni. Sed quia Phœbo sacri sunt, vt arbitror, diuinatione præditi præsagiunt alterius vitæ bona: ideoq; cantant alacrius gestiũtq; ea die, quàm

supe-

superiori tempore. Equidem & ego arbitror me cygnorum esse conseruum, eidēq; Deo sacrum, neq; deterius vaticinium ab eodem domino habere quàm illos, neq; ignauius è vita decedere.

Virgilius lib.7.AEneid.

Ibant æquati numero, regemq; canebant:
Ceu quōdam niuei liquida inter nubila cygni
Cum sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos: sonat amnis & Asia longè
Pulsa palus.

GALLVS GALLINACEVS.

**Gallus imago quædam est ecclesiæ ministrorum, *deinde seipsos laudantiū, * & dissidijs sese conficientium.* 1. 2. 3.

I. Gregorius lib.moral.30.cap.

Gallo similis est prædicator, qui inter tenebras vitæ præsentis, studet venturam lucem prædicando, quasi cantando nunciare. Dicit enim: Nox præcessit, &c. Intelligentiam gallus accepit, ut prius nocturni temporis horas discutiat, & tunc demum voces exultatio-

nis emittat, itidem sanctus prædicator in auditoribus suis prius qualitatem vitæ considerat, & tunc demum ad audiendam congruã vocem prædicationis format. Quasi enim noctis horas discernere, est peccatorum merita dijudicare. Quasi noctis horas discernere, est actionum tenebras aperta increpationis voce corripere. Gallo intelligentia datur: ita & doctori veritatis, virtus discretionis, vt nouerit quibus, quid, quando, quomodo inferat, diuinitus ministratur: Non enim una eademque omnibus exhortatio conuenit, sæpe enim quæ alijs officiunt, alijs prosunt.

Idem ibidem.

Gallus cùm edere cantus parat, prius alas solerter excutit, & semetipsum feriens vigilantiorem reddit: Ita prædicatores cùm verbum prædicationis monent, prius se in sanctis actionibus exercent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce, sed antè se per sublimia facta excutiunt, et tunc ad bene agendum alios solicitos reddunt. Prius sua punire fletibus curant, et tunc quæ aliorũ sunt,

pu-

punienda denunciāt. Prius alis insonāt quàm cantus emittant: quando antequam verba exhortationis proferāt, omne quod locuturi sunt, operibus clamant.

II. [redacted]

Gallus victor ilico cantu superiorem sese testatur: Ita quidam facinora sua iactāt ipsi, & suarum laudum ridiculi sunt tibicines.

III. Idem.

Galli sæpius in pugna commoriuntur: Ita quidam mutuis dissidijs conficiunt sese.

GALLINA.

** Gallina charitatem erga nos Christi,* 1.
**concionatoris officia, *ecclesiæ studia, *cu-* 2. 3. 4.
riosorum nequitiam adumbrat.

I. Christus eximium suum charitatis affectum erga Iudæos suauissima gallinarum similitudine explicat, Matth. 23.

Quoties volui (inquit) congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluistis?

II. Chrysost. in Matth. cap. 23.

Sicut pulli gallinarum pastum suum quærentes, per diuersa vagantur, & maternis vocibus congregantur ad ipsam, & iterum similiter pascentes disperguntur, & iterum maternis vocibus cong[redacted] *& populus Dei carnalem voluptatem & mundanam concupiscentiam sequentes, per diuersos vagantur errores, quos ecclesia mater per sacerdotes, modò increpationibus, modò blādimentis, quasi quibusdam vocibus congregare & allectare festinat. Et quemadmodum gallina habens pullos, vocādo eos non cessat, vt aßidua voce licentiā vagantem corrigat pullorum suorum: Sic & sacerdotes in doctrina cessare non debent, studio & aßiduitate doctrinarum suarum, negligentiam populi errantis emendent.*

III. Idem ibidem.

Et quemadmodum gallina habens pullos, non solùm suos calefacit, sed etiam cuiuscunq; volatilis filios exclusos à se diligit quasi suos: Ita & ecclesia non solùm suos Christianos studet vocare, sed siue gentiles, siue Iudæi, siue

ue suppositi illi fuerint, omnes fidei suæ calore viuificat, & baptismo generat, & sermone nutrit, & materna diligit charitate.

IIII. [redacted]

Gallina sæpenumero pabulo apposito, in angulo scalpens ac verrẽs scobem, è stercore ordei granum vnum depromere mauult: Sic curiosi prætermissis aut intermissis sermonibus innoxijs, si quid malum in cuiusquam familia occultum est, id prouerrũt in medium.

GRVES.

[redacted]

Grues cum ex Cilicia deuolant, lapillos in os sumunt, atq; ita Taurum montem aquilis plenum tutò transuolant: idq; noctu, ne vox prodat: Ita tutissimum vbiq; silentium.

HALCYON.

[redacted]

Vt halcyones etiã media hyeme mare tranquillum præstant, non sibi solũ, sed alijs quoq;

ſtante hyeme. Non nos matres ſuſcipient, ſed eſurie ſinent perire, vel nido ruente perdi. Tā quam enim nidum, quinimo et facilius quàm nidum omnia Deus tunc deſtruet, delens & tranſmutans omnia. Volatu verò carentes, et ipſi non valentes occurrere in aëra: ſed ita vulgariter enutriti, vt non leues habeant pē-nas, ea quæ pati tales eſt veriſimile, patientur. Hyrundinum itaq; pulli cum ceciderint, ſtatim pereunt: Nos verò non morimur, ſed continuè punimur.

III. Prouerbiorum. 26.

Quemadmodum auis aufugit, & præteruolat hirūdo, ſic friuola execratio nō euenit.

IIII. [redacted].

Vt hirundines ſub hominum tectis nidulātur, & tamen non aſſueſcunt nec fidunt homini: Ita quidam amicos ſemper habent ſuſpectos, præſertim inſulares.

V. Idem.

Hirundo æſtate aduolat, inſtante hyeme auolat: Ita inſidus amicus rebus lætis præſto eſt,

eſt, commutata fortuna deſerit amicum.

IBIS.

[redacted]

Ibin aiunt, vbi conſenuit, iamq́; quod erat turbidum, expirauit, magis aromatice olere: Sic gloria ſenum tranquillior, & conſilia ſedatiora.

LVSCINIA.

[redacted]

Luſcinijs tantum eſt canendi ſtudium, vt certantes emoriantur, ſpiritu citius deficiente quàm cãtu: Ita nonnulli literarũ immòdico amore valetudinem extinguunt, & dum à nullo vinci volunt eruditione, pereunt in ipſo conatu.

MERGVLVS.

Sulpitius in uita Martini, epiſtola ad ſocrum ſuam Baſillam.

Martinus Cordatenſem dioceſim viſitaturus pacẽ clericis illius eccleſiæ diſcordantib. cupiens reformare, profectus cum ſuo comitatu diſcipulorum frequentiſſ. vt ſemper, mer-

huius mundi tumultu. Vbi dulci temperie refrigerantur ab æstu carnalium desideriorum, quæ militant aduersus spiritum. In his foraminibus hoc tutius ac felicius delitescitis, quo minus instructæ estis præsidijs humanis, quēadmodum columbæ nec rostro, nec vnguib. nec vi, nec dolis armatæ sunt aduersus iniuriam aliarum auium. tantum fuga latebrisq; tutæ sunt, neq; norūt vlli cæterorum animantium moliri uim aut iniuriam. Grata simplicitas relucet in oculis, quam & sponsus adamat in Canticis, & euangelicæ literæ nobis commendant. Nec obstrepunt molesto garritu, quemadmodum aliæ permultæ. Tantum amabili murmure solicitudinem suam solantur.

VIII. [redacted]

Etiamsi hactenus habitastis inter ollas, eritis posthac vt pennæ columbæ argento obductæ, cuius alæ fuluæ sunt auro purissimo, hoc est, accedunt ad colorem auri fului, omnia læta promittuntur.

IX. *De agmine columbarum crebrò accipiter*

piter vnam separat, quam statim inuadat et laceret, cuius carnibus & cruore saturetur. Non minus periculum virginius sine matre vagantibus imminet.

Oseæ cap.7.

Et factus est Ephraim quasi columba seducta, non habens cor, AEgyptum inuocabant, & ad Assyrios abierunt.

X. [redacted].

Columbo in volatu pernicitas, sed dū plaudit in aëre sibi placens, implicatis strepitu pennis, capitur ab insidiāte alicubi accipitre: Ita multi dum ostentant suas vires magis quàm vtuntur, obtiti sui, præda fiunt inimicis.

XI. *Columbas fœtor expellit: Sic vitæ nostræ custodem angelum lugubre ac putens abigit peccatum.* [redacted]

XII. Nahum.2.cap.

Miles captiuus abductus est, & ancillæ eius mirabantur, gementes vt columbæ, murmurantes in cordibus suis.

Virgilius lib.2.AEneid.

Hîc Hecuba & natæ nequicquam altaria circum

Præcipites atra ceu tempestate columbæ,
Condensæ, & diuum amplexæ simulachra
tenebant.

XIII. Vergilius lib.11.AEneid.de Auno & Camillo.

Frenisq; aduersa prehensis
Congreditur, pœnasq; inimico à sanguine sumit:
Quàm facilè accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis, sublimem in nube columbam,
Comprensamq; tenet, pedibusq; euiscerat vncis:
Tum cruor & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.

CORYDALIS.

[redacted]

Vt non est corydalis absq; crista: Ita non est ingenium absq; inuidia innata.

CORVVS.

1. 2. **Coruus imprecandi, *animi quoq; excæ-*
3. *candi, *& peccati puniendi rationem suppeditat.*

Pro-

I. Prouerbiorum.30.

Eius oculum qui patrem subsannat, & matris doctrinam spernit, corui torrentis eruant, ac aquilæ pulli deuorent.

II. *Peccatum est & simile coruo, qui cadaueri cui insidet primo conatur oculos eruere, ut excæcatum animal poßit occidi: Similiter peccatum primo aufert oculos prudentiæ, quid & coram quibus agat, & quæ pœna ipsum maneat.*

III. Cyprianus ad Nouatianum in epiſtola.

Ex illa igitur arca emittuntur duæ aues, corax & columba. Qui corax verè hominũ immundorum, & in tenebris perpetuis futurorum per seculi latam viam, & immunda vescentium apostatarũ, et ad ecclesiam se vltra non uertentium, figuram portabat, quem scriptum inuenimus emissum, & non amplius reuersum. Huic ergo aui, id est, immundo spiritui, quiq; fuerint similes inuenti, ad ecclesiam reuerti amplius non poterunt: qui etsi uoluerint, dominus prohibebit, qui Moysi præ-

cepit, dicens: Omne varium & immundum eijce foras extra castra.

COTVRNIX.

[redacted].

Coturnici veneni semen gratissimus est cibus: Ita quidam maledicentia & virulentis dictis impendiò delectantur.

CYBINDIS.

[redacted].

Cybindis auis bellum internicinum gerit cum aquila, adeò vt cohærentes sæpenumero prendantur: Ita fit aliquoties, vt dum mutuū in se odium pertinaciter exercent principes, vtrique subuertantur, tertio quopiam inuadente.

CIGNVS.

Plato in Phœdone.

Βαβαὶ ὦ σιμμία ἦ που χαλεπῶς ἂν τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους πείσαιμι ὡς οὐ συμφορὰν ἡγοῦμαι τὴν παροῦσαν τύχην, ὅτι γε μηδ' ὑμᾶς δύναμαι πείθειν: ἀλλὰ φοβεῖσθε μὴ δυσκολώτερον νῦν διάκειμαι, ἢ ἐν τῷ πρόσθεν βίῳ. καὶ ὡς

ἔοικε

ἔοικε τῶν κύκνων δοκῶ φαυλότερος ὑμῖν εἶναι
τὴν μαντικήν. οἳ ἐπειδὰν αἴσθωνται, ὅτι δεῖ αὐ-
τοὺς ἀποθανεῖν, ᾄδοντες καὶ ἐν τῷ πρόσθεν
χρόνῳ, τότε δὴ πλεῖστα καὶ μάλιστα ᾄδουσι, γε-
γηθότες ὅτι μέλλουσι παρὰ τὸν θεὸν ἀπιέναι,
οὗπέρ εἰσι θεράποντες. οἱ δὲ ἄνθρωποι διὰ τὸ
αὐτῶν δέος τοῦ θανάτου, καὶ τῶν κύκνων κατα-
ψεύδονται καὶ φασὶν αὐτοὺς θρηνοῦντας τὸν
θάνατον ὑπὸ λύπης ἐξᾴδειν, καὶ οὐ λογίζονται
ὅτι οὐδὲν ὄρνεον ᾄδει, ὅταν πεινῇ, ἢ ῥιγοῖ, ἤ
τινα ἄλλην λύπην λυπῆται, οὔτε αὐτὴ ἡ ἀη-
δὼν, καὶ χελιδὼν, καὶ ὁ ἔποψ, ὃν δή φασι διὰ
λύπην θρηνοῦντα ᾄδειν. ἀλλ᾽ οὔτε ταῦτα μοι
φαίνεται λυπούμενα ᾄδειν, οὔτε οἱ κύκνοι. ἀλλ᾽
ἅτε οἶμαι τοῦ ἀπόλλωνος ὄντες, μαντικοί τε
εἰσι, καὶ προειδότες τὰ ἐν ᾅδου ἀγαθὰ, ᾄδουσι
καὶ τέρπονται ἐκείνην τὴν ἡμέραν διαφερόν-
τως, ἢ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ. ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς
ἡγοῦμαι ὁμόδουλός τε εἶναι τῶν κύκνων, καὶ
ἱερὸς τοῦ αὐτοῦ θεοῦ, καὶ οὐ χεῖρον ἐκείνων τὴν μαν-
τικὴν ἔχειν, παρὰ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ, οὐδὲ δυ-
σθυμότερον αὐτῶν τοῦ βίου ἀπαλλάττεσθαι, *hoc
est, Papæ ô Simmia quàm difficile alijs per-*

ſuaderem hanc me fortunam haudquaquam aduerſam exiſtimare, quando ne vobis quidem perſuadere poſſum. Quippe cum metuatis ne difficilior mœſtiorque ſim in præſentia, quàm in ſuperiori fuerim vita. Atq; vt apparet, deterior cygnis ad diuinandum vobis eſſe videor. Illi quidem quando ſe breui præſentiunt morituros, tunc magis admodum dulciusque canunt, quàm antea conſueuerint, cõgratulantes quod ad Deũ ſint, cuius erant famuli, iam migraturi. Homines vero cum ipſi mortem expaueſcant, cygnos quoq; falſò criminantur, quod lugentes mortem ob dolorem cantum emittãt. Profectò haud animaduertunt nullam eſſe auem, quæ cantet quando eſuriat, aut rigeat, aut quouis alio afficiatur incommodo. Non ipſa philomena, nec hirundo, nec vpupa, quas ferunt per querimoniam cantare lugentes. At mihi, neq; hæ aues præ dolore videntur canere, neq; cygni. Sed quia Phœbo ſacri ſunt, vt arbitror, diuinatione præditi præſagiunt alterius vitæ bona: ideoq; cantant alacrius geſtiũtq; ea die, quàm

ſupe-

superiori tempore. Equidem & ego arbitror me cygnorum esse conseruum, eidemq; Deo sacrum, neq; deterius vaticinium ab eodem domino habere quàm illos, neq; ignauius è vita decedere.

Virgilius lib.7.AEneid.

Ibant æquati numero, regemq; canebant:
Ceu quõdam niuei liquida inter nubila cygni
Cum sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos: sonat amnis & Asia longè
Pulsa palus.

GALLVS GALLINACEVS.

**Gallus imago quædam est ecclesiæ mini- 1.
strorum, *deinde seipsos laudantiũ, * & dis- 2. 3.
sidijs sese conficientium.*

I. Gregorius lib.moral.30.cap.

Gallo similis est prædicator, qui inter tenebras vitæ præsentis, studet venturam lucem prædicando, quasi cantando nunciare. Dicit enim: Nox præcessit, &c. Intelligentiam gallus accepit, ut prius nocturni temporis horas discutiat, & tunc demum voces exultatio-

nis emittat, itidem sanctus prædicator in auditoribus suis prius qualitatem vitæ considerat, & tunc demum ad audiendam congruã vocem prædicationis format. Quasi enim noctis horas discernere, est peccatorum merita dijudicare. Quasi noctis horas discernere, est actionum tenebras aperta increpationis voce corripere. Gallo intelligentia datur: ita & doctori veritatis, virtus discretionis, vt nouerit quibus, quid, quando, quomodo inferat, diuinitus ministratur: Non enim una eademque omnibus exhortatio conuenit, sæpe enim quæ alijs officiunt, alijs prosunt.

Idem ibidem.

Gallus cùm edere cantus parat, prius alas solerter excutit, & semetipsum feriens vigilantiorem reddit: Ita prædicatores cùm verbum prædicationis monent, prius se in sanctis actionibus exercent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce, sed antè se per sublimia facta excutiunt, et tunc ad bene agendum alios solicitos reddunt. Prius sua punire fletibus curant, et tunc quæ aliorũ sunt, pu-

punienda denunciãt. Prius alis insonãt quàm cantus emittant: quando antequam verba exhortationis proferãt, omne quod locuturi sunt, operibus clamant.

II. [redacted]

Gallus victor ilico cantu superiorem sese testatur: Ita quidam facinora sua iactãt ipsi, & suarum laudum ridiculi sunt tibicines.

III. Idem.

Galli sæpius in pugna commoriũtur: Ita quidam mutuis dissidijs conficiunt sese.

GALLINA.

** Gallina charitatem erga nos Christi, *concionatoris officia, *ecclesiæ studia, *curiosorum nequitiam adumbrat.* 1. 2.3.4.

I. Christus eximium suum charitatis affectum erga Iudæos suauissima gallinarum similitudine explicat, Matth. 23.

Quoties volui (inquit) congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluistis?

II. Chrysost. in Matth. cap. 23.

Sicut pulli gallinarum pastum suum quærentes, per diuersa vagantur, & maternis vocibus congregantur ad ipsam, & iterum similiter pascentes disperguntur, & iterum maternis vocibus con[redacted] *& populus Dei carnalem voluptatem & mundanam concupiscentiam sequentes, per diuersos vagantur errores, quos ecclesia mater per sacerdotes, modò increpationibus, modò blãdimentis, quasi quibusdam vocibus congregare & allectare festinat. Et quemadmodum gallina habens pullos, vocãdo eos non cessat, vt aßidua voce licentiã vagantem corrigat pullorum suorum: Sic & sacerdotes in doctrina cessare non debent, studio & aßiduitate doctrinarum suarum, negligentiam populi errantis emendent.*

III. Idem ibidem.

Et quemadmodum gallina habens pullos, non solùm suos calefacit, sed etiam cuiuscunque volatilis filios exclusos à se diligit quasi suos: Ita & ecclesia non solùm suos Christianos studet vocare, sed siue gentiles, siue Iudæi, siue

ue ſuppoſiti illi fuerint, omnes fidei ſuæ calore viuificat, & baptiſmo generat, & ſermone nutrit, & materna diligit charitate.

IIII. [redacted]

Gallina ſæpenumero pabulo appoſito, in angulo ſcalpens ac verrẽs ſcobem, è ſtercore ordei granum vnum depromere mauult: Sic curioſi prætermiſsis aut intermiſsis ſermonibus innoxijs, ſi quid malum in cuiuſquam familia occultum eſt, id prouerrũt in medium.

GRVES.

[redacted]

Grues cum ex Cilicia deuolant, lapillos in os ſumunt, atq; ita Taurum montem aquilis plenum tutò tranſuolant: idq; noctu, ne vox prodat: Ita tutiſsimum vbiq; ſilentium.

HALCYON.

[redacted]

Vt halcyones etiã media hyeme mare tranquillum præſtant, non ſibi ſolũ, ſed alijs quoq;

Ita sapiens turbatißimis rebus non solum ipse turbitur animi tranquillitatem, sed alios concitatos componet ac sedabit.

Vt halcyones videre rarißimum est, sed quoties apparent, trãquillitatem uel faciunt, vel denunciant: Ita abbates & episcopi rarò deberent prodire in principum aulas, sed rerũ motus, & bellorum tempestates autoritate sua composituri.

HIRVNDO.

1. **Hac auium specie concionatoris offi-*
2. 3. *cium, * vitæ corruptio, * friuola execratio*
4. 5. **suspecta * & infida amicitia repræsentatur.*

I. Chrysostomus.

Hirundinum pulli in nidulis sedentes, parentum suorum, qui sibi alimentum afferunt, aduentum expectant: & cùm ipsos venire conspexerint, leui ala mouent aërem cantillantes & ad illorum aduentum applaudentes: similiter & eorum parentes, cùm nidulo appropinquant, cantillant, pullis aduentũ suum nunciantes. Similiter autem & vos in nido

nido templi huius sedetis, meum aduentum expectantes, & quia venientem videtis, leui mentis ala volatis. Neq; ego dissimiliter spirituali huic nido appropinquans, Deum voce præmissa glorifico, quòd mihi filios dedit tam mei amantes. Sed hirundines alimenta sua ab ore in os tradunt: nos autem nostra non sic, sed ab ore in aurem. Illa enim corruptioni subiecta, nostra verò solida & vegetantia perpetuo. Illa corpora pascunt, nostra animas saginant.

II. Idem in Matth.

Nidus est præsens vita ex festucis & luto coagmentatus: licet mihi magnas ædes ostēdas, siue regias ipsas auro multo fulgentes & gemmis, nihil ab hirundinum nido differre cēsebo: hyeme siquidem instante, omnia sponte corruent. Hyemem verò diem illum voco, non omnib. hiemē, quoniam & Deus noctē simul & diem vocat: illud quidem ad peccatores, hoc autem quantum ad iustos. Itidem & ego nunc hyemem ipsum voco, si non bene in æstate alamur, vt possimus volare in-

ſtante hyeme. Non nos matres ſuſcipient, ſed eſurie ſinent perire, vel nido ruente perdi. Tā-quam enim nidum, quinimo et facilius quàm nidum omnia Deus tunc deſtruet, delens & tranſmutans omnia. Volatu verò carentes, et ipſi non valentes occurrere in aëra: ſed ita vulgariter enutriti, vt non leues habeant pēnas, ea quæ pati tales eſt veriſimile, patientur. Hyrundinum itaq; pulli cum ceciderint, ſtatim pereunt: Nos verò non morimur, ſed continuè punimur.

III. Prouerbiorum. 26.

Quemadmodum auis aufugit, & præteruolat hirūdo, ſic friuola execratio nō euenit.

IIII. [redacted]

Vt hirundines ſub hominum tectis nidulātur, & tamen non aſſueſcunt nec fidunt homini: Ita quidam amicos ſemper habent ſuſpectos, præſertim inſulares.

V. Idem.

Hirundo æſtate aduolat, inſtante hyeme auolat: Ita infidus amicus rebus lætis præſto

eſt, commutata fortuna deſerit amicum.

IBIS.

[redacted]

Ibin aiunt, vbi conſenuit, iamq́; quod erat turbidum, expirauit, magis aromatice olere: Sic gloria ſenum tranquillior, & conſilia ſedatiora.

LVSCINIA.

[redacted]

Luſciniјs tantum eſt canendi ſtudium, vt certantes emoriantur, ſpiritu citius deficiente quàm cãtu: Ita nonnulli literarũ immõdico amore valetudinem extinguunt, & dum à nullo vinci volunt eruditione, pereunt in ipſo conatu.

MERGVLVS.

Sulpitius in uita Martini, epiſtola ad ſocrum ſuam Baſillam.

Martinus Cordatenſem dioceſim viſitaturus pacẽ clericis illius eccleſiæ diſcordantib. cupiens reformare, profectus cum ſuo comitatu diſcipulorum frequentiſſ. vt ſemper, mer-

gulos in flumine cōspicatur, piscium prædam sequi, & ad rapacem ingluuiem aßiduè vrgentem sedandam capturos. Forma, inquit, hæc dæmonum [redacted] incautis, capiunt nescientes, captos deuorant, exaturari nō queunt deuoratis.

NOCTVA.

1. 2. **Designat noctua veritatis odium, *per-*
3. *uersum studium [redacted]m sapientiam,*
4. 5. **virulentam linguam, *calamitosum homi-*
nem.

I. Theodoritus Cyrenēsis episcopus sermone.2.

Qui ueritatē intueri nolunt, sed amant in tenebris ignorantiæ versari, similes sun tauibus illis, quæ noctu tātum volant, vt vlulæ & noctuæ, hæ lucem oderunt, amant tenebras.

II. Tyrius Platonicus sermo.1.

Nisi fortè cuipiam vehementer sitienti, præsentemq́ habenti limpidum amnem, qui copiosus aquarum simul delectaret aspectu,

simul

ſimul commodè præberet potum, fœcundiſsimeq́ue nutriret, nos alicunde ex inopi fonte, cæteraq́ue inferiori haurientes, ſufficientem pòtum afferre poſſe arbitremur. Qualem ſimilitudinem videre licet in noctua, cuius cùm interdiu clariſsima ſolis luce caliget aſpectus, noctu tamen igniculi faculam acupatur.

III. *Vt oculis noctuæ perſimiles homines hi ſunt, qui ſapientiæ ſtudio vanè incubuêre: nam ut illius aſpectus noctu quidem ualet, ſole autem illuceſcente non mediocriter offuſcatur: Sic & ipſorum hominum mens, acutiſsima quidem ad vanas res perſpiciendas eſſe videtur, hebetiſsima verò caligineq́ue referta ad ipſam lucem veram percipiendam euaſit. In die quoq́ue perfacile tibi fuerit vndequaq́ue creatoris admirationem elicere.*

IIII. [redacted]

Vt noctuæ aues inauſpicatæ noctu gementes (nam hæc illis vox eſt) mortalium inuident quieti: Ita virulenta lingua ſemper aliquid [redacted] quo concordiam hominum diſturbet.

V. Pſalm.102.

Oblitus ſum nimia præ calamitate ſumere cibum mihi. Similis factus pellicano, qui in auijs & deſertis habitat locis: & nycticoraci conſortia reliquarum auium fugiēti. Præ ſolicitudine ſomnum non indulſi oculis meis.

PASSER.

1. **Paſſeres in memoriam reuocant diuinam*
2. 3. *prouidentiam,*affectuum remoram,*fugien*
4. *tis miſeriam,*peccati ſupplicium.*

I. Matth.10.

Nónne duo paſſerculi minuto aſſe veneūt? & vnus ex illis non cadet in terram ſine patre veſtro?

II. Maximus de charitate.

Quemadmodum paſſerculus pede alligatus, uolare incipiens in terram funiculo detrahitur: Sic quoq; mens [redacted]ctibus liberata, & ad rerum cœleſtium cognitionem volare contendens, ab affectibus ducitur, & ad terram detrahitur.

III. Pſalm.11. [redacted]

Cùm in domino ſpem meam poſuerim, qua fronte ridere audebitis me, dicentes: fuge de monte in montẽ, ſicut ſoles cum tuis, & abſconde vſquàm te in antro, ſicut conſueuit paſſer?

IIII. Chryſoſtomus.

Sicut Dei voluntas eſt, vt paſſeres comprehendantur, & ad vſum hominum procedant, quia ad hoc creati ſunt: Sic voluntas Dei eſt, vt homo, qui ſine lege vixit, ſine lege & pereat, & qui Deum non aſpexit, non aſpiciat illum Deus.

PAVO.

[redacted]

Pauo non explicat pennas niſi laudatas: Ita quidam putant ſe non habere quod habent, niſi ſint qui mirentur.

PERDIX.

**Perdix typus eſt fugientis, *ſuperbi, *hæretici.* 1. 2. 3.

I. 1.Regũm.26.

Dauid inquit: Egreſſus eſt rex Iſraëlis, vt

pulicem unum quærat, perinde ac si quis perdicem in montibus persequatur.

II. Eccle.11.

Vt perdix capta in cauea: sic cor superbi, & vt prospector ascendes ad casum: nam bona in mala conuertens insidiatur, & in electis imponet maculam.

III. Augustinus.13.lib.cōtra Faustum, Cap.12.&.13.accommodans illud Hiere.17. Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit, faciens diuitias suas nō cum iudicio.]

Perdix enim, inquit, cōtentiosum animal, notum est quan[redacted] ipsius contentionis currat in laqueum. Non enim disputare amāt hæretici, sed quoquo modo separare impudentissima peruicacia, vt congregent, sicut hic dixit, quæ nō pepererūt. Christianos enim quos maximè Christi nomine seducunt, iam per ipsius Christi euangelium natos inueniunt, & faciunt illas diuitias suas non sanè cum iudicio, sed cum temeritate inconsiderata.

ta. Non enim intelligunt ibi esse veram & salubrem, & quodammodo germanam atque radicalem Christianã societatem, vnde istos separauerunt, quos ad suas diuitias congregarunt. Et quia de talib. dicit Apostolus: Sicut enim Iannes & Mambres restiterunt Moysi: sic & isti resistunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem. Sed vltrà nõ proficient. Dementia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Sequitur & hic propheta, & dicit de perdice, qui congregauit quæ non peperit, in dimidio dierum eius derelinquit eum, et in nouissimis suis erit insipiens, id est, qui primo tanquam per pollicitationem & ostentationem excellentis sapientiæ seducebat, erit insipiens, cùm apparebit, quia dementia eius nota erit omnibus.

PHOENIX.

*Rara esse [redacted] & spem resur 1. 2.
rectionis inijcit phœnix.

I. [redacted].

Vt phœnix nunquam est nisi vnica, &

ea vix credita cuiquam: Ita rerum optimarum summa raritas est.

Idem.

Vt phœnix non nisi quingentesimo anno nascitur: Ita insignium virorum rarus est prouentus.

II. *Si parum vniuersitas resurrectionem figurat, si nihil tale conditio signat, quia singula eius non tam mori quàm desinere dicantur, nec redanimari, sed reformari existimentur, accipe plenißimum atq; firmißimum huius spei specimen. Siquidem animalis est res et vitæ obnoxia & morti, illum dico alitem orientis peculiarem, de singularitate famosum de posteritate monstruosum: qui semetipsum libenter funerans reuocat, natali fine decedēs atq; succedens iterum Phœnix.*

PICA.

[redacted]

Sicuti picis mirum est studium imitandi verba hominis, adeò vt [redacted]*nquā emoriantur: Ita nonnullis dulce ediscere preculas*

culas & psalmos, eosq; subinde sonare, cum non intelligant.

REGVLVS.

Hæc auicula typum fortitudinis gerit. nã & cum aquila pugnat, certatq; de imperio.

SELEVCIS.

[redacted]

Conditor omnium Deus Seleucidem auem insatiabilem, ad hominum tamen beneficium constituit. Tu verò te sponte insatiabilem animo reddens, multis profectò damnum facis: nam quæcunque oculis aspicit auarus, hæc concupiscit. Nec expletur oculus videndo, neq; auarus accipiendo satiatur.

[redacted]

Seleucides aues nunquàm conspiciuntur à Casij montis incolis, nisi cùm illarum præsidio est opus, aduersus locustas vastantes fruges, nec vnde veniant, quóue abeant, cognitum: Ita quidam nunquam apparent, nisi cùm nostro egent auxilio, nec visunt amicos, nisi cum vrget necessitas aliqua.

STRVTHIO,

t. 2. *Hypocriſeos* & ſtoliditatis typus.

I. Gregorius in Iob. lib. 7. cap. 15.

Struthio volãdi ſpeciem habet, ſed vſum volandi non habet: Ita hypocriſis cunctis intuentibus, imaginem de ſe ſanctitatis inſinuat, ſed tenere vitam ſanctitatis ignorat.

II. [redacted].

Struthiocamelus auium maxima, ſed ſtolidiſſima: nam vbi collum occultarit frutice, latêre ſeſe exiſtimat: Ita quidam ingenti mole corporis onuſti, minimum habent ingenij.

Tertullianus libro de uelandis uirginibus.

Aliæ quibus planè maior eſt palma omni fimbria & filo[redacted]ite ſuo abutuntur, vt beſtia quædam magis quàm auis licet pennata, breui capite, protracta ceruice, cætera altegrada. Hanc aiunt cum deliteſcendum, caput ſolum planè totum in condenſum abſtrudere, reliquam ſe in aperto relinquere. Ita dum in capite ſecura eſt, nuda quâ maior eſt, capitur tota cum capite. Tales erunt &

iſtæ

istæ, minus quàm vtile est, tectæ.

TAVRVS.

[redacted].

Taurus auis cum [redacted] *boum vocem imitatur: Ita nonnulli cum re sint exigui, tamen loquuntur reges ac satrapas.*

VVLTVR.

** Vulturis naturam induunt hostes, *in-* 1. 2.
*uidi, *hæredipetæ, *alienis fruentes laboribus* 3. 4.
*& * quicunque fœdis delectantur.* 5.

I. [redacted]

Vt vultures ad extincta corpora odore feruntur, sana nō sentiunt: Sic inimicus, siquid deliqueris, statim olfacit, atq; eò confestim accurrit, ad recte facta stupidus.

II. Basilius Magnus.

Sicut vultures per multa quidem prata, multa etiam amœna & odorata loca circum uolantes, ad tabida & fœculenta loca feruntur. Sic & inuidi splendorem ac rerum bene gestarum magnitudinem minime quidem re-

ſpiciunt, manca verò & fragilia, & ſi quid erratum (vt quandoque rebus accidit humanis) tantum obſeruant, hæc diuulgant, et per hæc tantum ho[redacted]*olunt.*

II. [redacted].

Vultures triduo futura cadauera præſentiunt, eoq́; aduolant: Ita quidam captatores, multis etiam annis morti diuitum imminent.

IIII. Idem.

Vultures ipſi nihil occîdunt, ſed ab alijs occiſa inuadunt: Ita nonnulli alienis fruuntur ſudoribus.

V. Idem.

Vultures vnguentorum odore fugantur, ad cadauera aduolant: Ita quidam à rebus honeſtis abhorrent, ad fœda rapiuntur.

SIMILITVDINVM
LIBER QVARTVS,
à piſcibus in genere.

**Piſcium ſimilitudine declaratur Chriſtus* 1.
*in ſcriptura latens,*precationis vſus,*tem-* 2. 3.
*poralium inſtabilitas,*mortis tempus incer-* 4.
*tum,*via cognoſcendi res,*educatio nõ ſem-* 5. 6.
*per efficax,*ſenum *& diabolorum proprie* 7. 8.
tas.

I. Rupertus epiſt.ad ſummum Pontificem de glorificatione Trinitatis.

Si piſcem petieritis, id eſt, ſi legentes volueritis cognoſcere Chriſtum, cuius ſacramẽtum quodammodo latet ita in ſcriptura legali & prophetica, ſicut piſcis in aqua: nequaquam porrigit vobis ſerpentem, inducendo vos in errorem, & ſenſum à Chriſto, quem in ſcripturis quæritis pro deſiderio, longe recedentem.

II. Chryſoſtomus.

Si animabus precati[redacted]*erantur, perinde eſt, ac ſi piſcem ex aqua traxeris:*

vt illi vita, aqua: ita animæ preces.

III. Augustinus in Psalm. 8.

Intuere pisces maris, hoc est, curiosos, qui perambulant semitas maris, id est, inquirunt in profundo huius seculi temporalia, quæ tanquam semitæ in mari tam citò euanescunt et intereunt, quàm rursus aqua confunditur, postquam transeuntibus locum dederit, vel nauibus, vel quibuscunque ambulantibus, vel natantibus.

IIII. Ecclesiast. cap. 9.

Nec magis nouit homo tempus mortis suæ, quàm pisces priusquam hamo capiuntur.

V. Gregorius Nazian. de Theologia lib. 2.

Quemadmodum fieri non potest vt extra aquas natatilis illa piscium natura sua se lubricitate promoueat: Ita nulla est via, cuius ductu, qui in corpore sunt, ad intellectilem naturam omnino sine corporalium rerum interuentu pertingere queant.

VI. [redacted].

Vt pisces in mari nati educatique, nihil ta-

men

men sapiũt salis marini: Ita quidam inter barbaros geniti, & educti, longè absunt ab omni barbarie. [redacted]

Theodoritus sermone. 2.

Dicunt, nos à iuuentute didicimus legere, Sed marini pisces in multa salsedine nutriti sunt, tamen ad conditurã, si valebunt, nõ minus sale adhibito opus est.

VII. *Senes marinis piscibus rectè quis cõpararit: hi enim vento tempestuoso & valido, aquam ma*[redacted]*bante & concutiente, secessus profundos, quasi syluas vel florulenta loca ingressi, commoditati suæ consulunt: verum vbi radiorum solis splendor aquis redditus fuerit, & totum mare arridere quodammodo viderint, resumunt animos & renatant, abiectoq; metu & desidia, in summis ludũt fluctibus. Her. Ita scias amice, non aliter habere meam causam.*

VIII. Chrysostomus.

Sicut pisces fortiores semper deuorant infirmiores: Ita diabolus cum delectatione compellit homines in mala opera, vt vteruis alterum absorbeat.

A PISCIBVS SPEciatim ordine literarum.

[redacted].

Alutarium piscem semper sequitur piscis nomine sargus, qui illo cœnum fodiente excitatum deuorat pabulum: Ita sunt qui se misceant alienis negocijs, vt eis laborantibus, fructum ipsi præripiant.

CANCER.

[redacted].

Vt cancri in metu vtroq; vorsum pari celeritate ingrediuntur: Ita cum res exigit, vertendi sunt in diuersum mores.

Minimi cancri, quos pinnoteras vocant, quo tutiores sint, inanium concharum testis se condunt, & cum accreuerint, migrant in capaciores: Ita quidam maiorum suorum titulis tuentur sese, cum suis diffidant virtutibus.

CETE.

Matth.12.

Quemadmodum enim fuit Ionas in ventre ceti

ceti tribus diebus ac tribus noctibus: Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus ac tribus noctibus.

COCHLEA.

Cur hæc inter aquatilia ponatur apud D. Geßnerum vbi de piſcibus agit, require.

[redacted]

Vt cochleæ ſemper domum ſuam ſecum circumferunt: Ita quidam horrent peregrinas regiones.

Idem.

Vt cochleæ lentè ingrediuntur nec quicquã attingunt, aut vſquam ſeſe mouent, niſi cornibus prætentarint: Ita ſapientem oportet eſſe contabundum, minimeq́ præcipitem, & pedetentim aggre[redacted]*dam prius ſumpto.*

CONCHA.

Bernhardus in Cantica canticorum, ſermone.18.

Concham te exhibebis, non canalem. Hic penè ſimul recipit & refundit. Illa verò do-

nec impleatur, expectat: & sic quod superabundat, sine suo damno communicat, sciens maledictum, qui partem suam facit deteriorem. Stultus profert totum spiritum suum: sapiens reseruat in posterum. Canales multos habemus, conchas perpaucas. Tantæ charitatis sunt, per quos nobis fluenta cœlestia emanant, vt antè eff[redacted]*infundi velint: loqui quàm audire paratiores, et prompti docere quod non didicerint, & alijs præesse gestientes, qui seipsos regere nesciũt. Si nõ habeo nisi parumper olei quo vngar, putas tibi debeo dare & remanere inanis? Seruo illud mihi, & omnino nisi ad prophetæ iussionem nõ profero.*

D[redacted]V S.

[redacted].

Delphini tranquillo mari lasciuientes, flatum qua veniunt parte, denunciant: Ita cum exultant improbi, tolluntq; sese, rerum humanarum tempestatem instare significant.

ECHENEIS.

*Monstratur hoc pisce patientiæ et *amoris vis. [redacted] 1. 2.

I. *Patientia similis est pisci Echeneidi, qui si adhæserit naui, reddit eam immobilem.*

II. [redacted].

Vt echeneis licet exiguus piscis, nauem velis citatam remoratur: Ita animum ad honesta properantem puella quæpiam nonnunquã reuocat, ac ret[redacted]

Idem.

Quemadmodum echeneis siue remora piscis perpusillus (est autem magnæ limaci similis) quamuis magnam nauim velis ac remis incitatam subito sistit: Ita scortulum aliquoties adamatum ingentes animi ad honesta impetus retinet all[redacted]

ECHINVS.

[redacted].

Echinus præsentiens tempestatem, aut affigit sese, aut arena saburrat: Ita cum imminet fortunæ tumultus, animus est philosophiæ præceptis confirmandus.

LEPVS.

[redacted]

Lepus piscis homini certissimum est venenum & homo vicissim illi, adeo, vt vel digitulo contactus, statim e[redacted] *hostes mutuam vtrinque perniciem dant, & accipiunt.*

MVGILES.

[redacted]

Mugiles si caput condiderint, putant se totos occultari: Ita quidam si sua vitia dissimularint ipsi, putant ab alijs non animaduerti, qui mos idem & pueris est.

MVRAENA.

[redacted]

Muræna non in capite, sed in cauda animã habet: Ita quod charissimum est, non ibi recondendum, v[redacted]*lis sit obnoxium.*

Idem.

Muræna fuste non potest interimi, ferula protinus: Ita quosdam leue incommodum exanimat.

animat, vt conuitium, qui grauiſſimas fortunæ procellas infracto tulerunt animo.

POLYPVS.

**Polypus exemplum proponitur ad quæſtũ* 1.
*ſapientis, * cibo omnia metientis, * tenaciter* 2. 3.
*aliquid retinentis, *crebro ſe mutantis, * &* 4. 5.
inſidias pereuntis.

I. [redacted]

Polypus ſtupidum alioquin animal, in captandis conchis incredibili vtitur ſolertia: Ita quidam ad ſolum quæſtum ſuum ſapiunt, alibi pecudes meræ.

II. Idem.

Vt polypi [redacted] *ſua flagella, niſi ad eſculenta: Sic quidam omnem felicitatem cibo, potuq; metiuntur.*

III. Idem.

Sicuti polypus quicquid brachijs attigerit, ſuctu tenet & attrahit: Ita difficillimum eſt euellere de manibus quorundam, ſi quid nacti fuerint.

IIII. Idem.

Dissimile IIII. *Non ut polypus se quibusuis locis: ita nos debemus nos quorumlibet moribus accommodare.*

Dissimile *Polypus superficiem, & colorem duntaxat mutat: At amicus vere similis esse debet amicis, & moribus; & affectibus, & studijs.*

V. Idem.

Vti sæpenumero polyp[redacted]*æ carnem captat, ipse capitur ac tenetur: Ita sæpius dum alijs nocere studemus, nosipsos in periculum adducimus.*

RHOMBVS. &c.

[redacted].

Rhombus, & squatina, & rhaia, & pastinaca cum tardißimi sint piscium, tamen sæpe reperiuntur habentes in ventre mugilem omnium velocißimum, solertia & ingenio capientes: Ita quidam arte superant longè potentiores opibus aut viribus.

SEPIA.

Sepiæ (piscium genus est) vbi sensere se appre-

apprehendi, effuſo atramento, quod pro ſanguine his eſt, infuſcata aqua abſconduntur: Eodem modo hæretici Marcionitæ vbi traductionem ſui ſentiunt, hoc eſt, quum erroris arguuntur conuincunturq́;, tenebras huic blaſphemiæ interu[redacted]amentum ſe iæ piſces, atq; ita arguentem impediunt & auertunt, allegando quæ bonitatem creatoris infuſcent obnubilentq́;.

Gregorius Naz. oratione habita coràm 15. epiſt.

Non enim in[redacted]s, neq; iniurÿs decertamus, quemadmodum accidit multis, qui ſermone pugnant contra loquentes, paruitatemq; intellectus, iniurÿs quandoq; detegunt. Illi enim ſermones, quemadmodum & ſepiæ, atramentum contra ſeipſos expuunt, quò effugiant venantes, aut latitent indagantes.

SCOMBRI.

[redacted]

Scombri in [redacted]eum habent colorem, extra aquas ſimilem cæteris: Ita dini-

tes in suo regno dijs pares, & cæteris longe præstantiores videntur, in morte nihil ab alijs differunt.

SPONGIA.

De spongia inter pisces vide D. Geßnerũ.

[redacted]

Spõgijs adeo tenues sunt sensuum notæ, vt multi dubitent animalia sint, nécne: Ita quorundam is cultus est, is sermo, ea vita, vt dubites Christiani sint, an ethnici.

TORPEDO.

[redacted].

Torpedo piscis haud nocet, nisi contactu, sed virus suum etiã ab ære per linum, & arũdinis internodia ad piscatoris manũ mire trãsmittit: Sic improbi ac pestilentes haud nocẽt, si nihil cum illis habeas commercij, rerum quacunque consuetudine contacti morum venena afflant.

TROCHVS.

[redacted].

Trochus piscis ipse se init, & ex sese concipit:

cipit: Ita quidam ingenij felicitate ipsi literarum semina infundunt sibi, quos αὐτοδιδάκτους vocant Græci.

SIMILITVDINVM
LIBER QVINTVS A serpentibus in genere.

**Demonstratur serpentibus Christi exal-* 1.
*tatio, *et resurrectio. *Scripturæ sacræ vsus,* 2.3.
**res non perscrutabiles. *Satanæ & * hypo-* 4..5.6.
*critarum ingenium, *affectuũ conformatio,* 7.
**hypocritarum astutia, *libidinis, crapulæ,* 8.9.
**ebrietatis, *liuoris, * obtrectationis mala,* 10.11.12.
**Deinde malitiosi et*incurabiles, *et quæ ho* 13.14.15.
*rũ pœna. *Postremò requiri à nobis prudentiã* 16.
*fidem in Christum, *vigilantiam contra sata* 17.
*nam, *quomodo satan superandus, *quomo-* 18.19.
*do Deus precandus, *initio resistendũ, *vir-* 20.21.
*tus exerenda, *quanquã varia imineant pe-* 22.
*ricula, *mors enim pijs est innoxia.* 23.

I. Ioannis.3.

Sicut Moses exaltauit serpentem in deser-

to, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

II. Remigius super Psalmum. 73.

Moysi virgam comparat Christo mortuo. Serpentis enim opus fuit mors in Adam et in Eua: quòd Moyses inde perterritus fuit, signat timorem discipulorum in morte eius: et quòd iussus fuit caudam serpentis accipere, vt uerteretur in virgam: rursus denotat, quòd sequẽtia in Christo post mortem, puta resurrectio et ascensio ipsius ab Apostolis amplexa, corde credenda fuerunt, & quem mortuum lugebant & desperabant, iam viuum adorarent.

III. *Si quis vestrũ aliquãdo perspexit præcantationib. sopitum serpentem portari in manibus, vel protrahi de cauernis, nihil valentem nocere venenis, vtpote incantationis virtute torpentibus: Ita etiã lectionis diuinæ virtute, si quis intra vos est contrariæ potestatis serpens, si quis ad insidiandum coluber latet, si patienter ferat; si non tædio fatigatus*

auertat auditum, scripturæ carminibus, & diuini sermonis aßiduitate depellitur.

III. Prouerb. 30.

Tria hæc excellentia sunt, ac supra captũ meum, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in aëre, viam serpentis supra petram, iter nauis in pelago, & viam viri cum adolescentula. Talis est & adulteræ via, quæ ubi comederit, extergit os suum, & dicit: Nihil mali feci.

V. Genesis. 3.

Serpens primo legitur à Deo maledictus fuisse. Maledictus eris inter omnia animantia & bestias terræ. Super pectus tuum gradieris &c.

Cyprianus Tractatu. 3. de simplicitate prælatorum.

Diabolus dictus serpens, quia cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens occultis acceßibus serpit (vnde nomen serpẽtis accepit) ea est eius astutia, ea est circumueniendi hominis cæca & latebrosa fallacia, vt asserere videatur noctem pro die, venenũ

pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub prætextu fidei, Antichristum sub vocabulo Christi, vt dum verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate frustrentur. Nam transfigurat se in angelum lucis.

VI. Chrysost. in Matth. homil. 46.

Sicut serpentes varij in corpore: Sic hæretici varij in erroribus. Serpens super vẽtrem graditur: ita hæretici causa ventris, & uanæ gloriæ omnia faciunt. Terram manducat serpens, & isti illos lucrantur qui in terra sunt, id est carnales.

Theophil. in epistola ad Ephesios, cap. 6.

Quis enim hæreticorum in veritate succingitur? quin humi reptant, et nihil queũt quod altũ sit et sublimè, pernoscere, sed humanis sensibus terra serpentib. diuina conquirunt: quin etiam neq; hi quidem, qui cum in humanis agunt, falluntur, cùm mundi vacant deceptiũculis, obducuntur hac veritate, sed ita in terram prostrati, falsis inhabitant rebus.

VII. Marcus Erem.

Quem-

Quemadmodum ſunt ſerpentes occurrentes in nemoribus, ſunt item & alij in ædibus latenter excubantes: Sic affectus ſunt rationabiliter formati: ſunt item alij latentes in operibus, tametſi & alij in alios ſubinde trãſmutentur.

VIII.

Sicut ſerpentes præ omnibus animalibus aſtutiores ſunt, & aſtutia eorum non eſt in bono, ſed in malo: hoc enim ſemper aſpiciunt, quomodo aliquem mordeant: & cùm momorderint, quomodo ſe occultent: Sic & omnes hypocritæ aſtutiores ſunt cæteris hominib. ſimpliciter viuentes, & in aſtutia ſua cogitant quomodo aliquem lædant: & cùm læſerint, ita ſimpliciter ambulant, quaſi nemini nocuerint.

IX. Ambroſius epiſtola.42.

Non immeritò ſanctus Moyſes delectationem, ſerpentis figurauit ſimilitudine. Prona eſt enim in ventrem, ſicut ſerpens non pedib. incedens, aut vllis eleuata cruribus, ſed ſinuoſo flexu totius velut corporis ſui lubrica. Ei

terra cibus est, sicut serpēti, quæ escam nescit cœlestem. Corporalibus enim pascitur, atque in varias mutatur species cupiditatum, & tortuosis sinuatur anfractibus. Venenum in dentibus habet, quibus se vnusquisque euiscerat luxuriosus, helluo internecat, abliguritor perimit.

X. Prouerbiorum.23.

Noli contemplari vinum quum rubet, & quum phiala colorem suum reddit, rectà procedentem.

Postremum enim eius velut serpens mordet, & velut aspis punget.

XI. *Meliùs esset habere serpentem in visceribus sese volutantem, quam liuorem intus depascentem. Nam illum sæpe pharmacorum vsu euomi contingit, & alimento mitigari. Liuor autem non voluitur visceribus, sed in animæ sinu versatur, affectioque est difficilè curabilis. Et serpens quidem quum intus sit, apposito alimento humana corpora non contingit: Liuor autem licet plurima illi edulia proponas, illam deuorat animam, vnde qua-*

dequaque mordens, diſrumpens, diſtrahens. Neq; inuenire potes illam medicinam, per quam à ſuo furore liberetur.

XII Pſalm.140.

Exacuerunt linguas ſuas vt magis ſint noxiæ quàm ſerpentum, venenum aſpidis admixtum habet ſermo illorum, quod latet ſub lingua in pectore illorum.

Hieronymus ad Ruſticum monachũ, de uiuendi forma.

Et apertius in Eccleſiaſte: Sicut mordet ſerpens in ſilentio: Sic qui fratri ſuo occultè detrahit.

XIII. [redacted]

Serpens etiam peſtifera dum frigore torpet, tutè tractatur, non quòd deſit venenum, ſed quòd non poſsit explicare: Sic quibuſdam ad eximiam maliciam vires deſunt, non animus.

XIIII. Pſalm.58.

Venenum eorum ſimile eſt veneno ſerpentis, & calidiſsimæ aſpidis vltro obſurdeſcentis & obturantis aures ſuas, vt non cogatur

audire vocem eorum qui murmure suaui fallere illam conantur, etiamsi incantandi artibus sint instructissimi.

XV. Athanasius de passione Domini.

Quemadmodum etiam si quis serpentem apprehendat manu, dumq; conatur in alterũ proÿcere, prorsus ipse mordeatur: aut si quis ignem manu tenens, dum vult hostem lædere, non intelligat quòd ipse prorsus exuritur: Sic malitia militat aduersus eos qui ipsa vtuntur, magisq; lædit eos à quib. habetur, quàm eos in quos intenditur.

XVI. Hilariu[redacted]æum.

Quæ autem sit serpentis prudentia, contuẽdum est. Nescio quid in illo prudentiæ consilÿq; extet, licet quædam hinc aliqui memoriæ mandauerint, quòd vbi se in manus hominũ venisse intelligat, omni genere ab ictu caput subtrahat, idq; aut collecto in orbem corpore contegat, aut foueæ immergat, cædíque partem reliquã derelinquat. Nosque hoc exemplo oportere, si quid acciderit persequutionũ

caput

caput nostrum, quod est Christus, occulere, vt ablatis nobis in omnes cruciatus, fidem ab eo acceptam iactura corporis cõmuniamus.

Chrysost. in Matth. hom. 34.

Quemadmodũ serpens totum seipsum tradit, nec minimum curat, si corpus inciditur, donec caput suum integrum seruet. Eodem tu modo fidẽ, si cætera perdideris, cures, profundas vniuersam tuam pecuniam, tradas corpus, vitæ ipsius si opus est, minimè parcas, dũ modò fidem serues, quæ caput est & radix, qua seruata, etiam si omnia perdas, omnia tamen rursus cum maiori magnificentia recuperabis.

XVII.

Si serpentem propè lectum nostrum latitantem sciremus, omnem diligentiam impenderemus, quatenus tolleretur. Diabolo verò in animabus nostris delitescente, nihil putamus nos ferre quod graue sit, sed omnino torpefacti decidimus. Causa verò est quòd oculis corporeis ipsum non videmus: atqui vel propter hoc ipsum uigilare magis cautosq́ esse

oportebat. Sensibilem quippe hostem facilè quis obseruauerit, inuisibilem verò, nisi perpetuò bene fuerimus armati, non facilè poterimus effugere.

XVIII. Chrysostomus in epistolam ad Romanos, hom. 8.

Deus diabolum habitare voluit, tanquam prædonem quempiam ac tyrannum, qui nisi quem apprehenderit inermem & solitarium in suas speluncas descendentem, accedere sanè non sustinet, nisi vos per desertum locum iter facientes viderit, appropinquare non audet. Desertus autem locus diaboli nihil aliud est nisi peccatum. Opus est ergo nobis fidei scuto, salutis galea, spiritus gladio, non vt ne malum aliquod patiamur tantum, sed ut illius caput irruere volentis obtruncemus. Serpentis formam gerit, deorsum trahitur, ab inferiori loco depugnat, id est, à rebus quæ infra nos sunt, à voluptate, diuitijs, à secularib. rebus. Si quem viderit volatu ad cœlum ferri, primo saltu eousque contingere haudquaquam potest, deĩde id aggressus, celeriter labetur: neque enim

enim pedes habet, ne formides: non alas, ne terreare: super terrā trahitur, ijs quæ infra sunt adhærescens. Igitur nihil sit tibi cū terra commune, ac labore nullo egebis: neq; enim eam pugnam nouit quæ aduerso vtrinq; cornu geritur: sed veluti serpens spinis occultatur, intra diuitiarum imposturam aßiduè latitat: qui si spinas incideris, facilè aufugiet, timidus redditus. Si & in illum diuinas incantationes canere noueris, statim vulnerabitur: sunt enim nobis incantationes spirituales, ipsum nomen domini nostri Iesu Christi, atq; ipsius crucis potentia. Hæc ipsa incantatio non solùm draconem à spolijs abigit, atq; in ignem conijcit, sed & vulneribus quoq; medetur.

XIX. Basilius.

Vt serpens, priusquam vadat ad bibendā aquam euomit venenū omne: Ita tu omne venenum iræ amarum euome, & remitte conseruo tuo centum denarios, vt tibi dimittantur decem milia.

Augustinus ad Iulianum comitem, de perfecta iustitia.

Quemadmodum serpentis quoddam genus quum it ad bibendum, priusquam ad fontem venit, omne venenum euomit: Ita Christianus quum ad orandum accedit, omnem iracũdiam & odium proximi deponat.

XX. Idem libro de salutaribus documentis, cap.34.

Ne quæso permittam⁹ in nobis cogitationes prauas, ne tãquã minima negligam⁹, quia qui minima spernit, paulatim defluit. Non spernamus morsum serpentis, ne venenũ eius aspergatur in corda nostra, quia quamuis venenũ vita sit serpentis, tamen mors est hominis.

Seneca lib.1. de clementia.

Serpentes paruulæ fallunt, nec publicè cõsequuntur, vbi aliqua solitam mensuram trãsit, & in monstrum excreuit, vbi fontes potu infecit, et si afflauit, deurit obteritq; quacunq; incessit, balistis petitur. Possunt verba dare & euadere pusilla mala, ingentibus obuiam itur. Sub vno aliquo tecto flamma apparuit, familia unicuiq; aquam ingerunt. At incendium vastum & multas iam domos

depastum,

depaſtum, parte vrbis obruitur.

XXI.

Vt homini ſemper adeſt remedium aduerſus ſerpentinum virus, nempe ſaliua, qua contacti ceu feruenti perfuſi aqua, fugiunt, emoriuntur etiam ſi in fauces penetrauerit: Sic aduerſus omnes peſtiferas cupiditates præſens remedium ſemper nobiſcum circumferimus, ſi modo nouerimus vti, id ab animo petatur oportet.

XXII.

Quemadmodum ſi quis ſerpentem apprehendat manu: dumq́ conatur in alterum proijcere, prorſus ipſe mordeatur; ita nō mirum, ſi pugnantes cum vitijs aliquando periclitemur.

XXIII.

Mors iam mortua eſt fidelibus, nihilq́ habet terribile, præter ſpeciem & laruam. Non ſecus ac ſerpēs occiſus habet quidem ſpeciem priorem terribilem, re vera tamen ſola ſpecies ibi eſt, & mortuum malum ac iam innoxium.

*ptizabor pro mortuo, vberrimo quodam pro
fluuio lachrymarum: apud quem viderim ni-
hil humanæ incantationis quamlibet sapien-
tiam, nihil quantumcunque admonitionis in-
dustriam præualere. Nouerit tamen vir sa-
piens non cœlo sese, sed solo infigere caput,
quòd sapientia quæ è supernis est, non modò
pudica, sed & pacifica sit. Hæc autem magis
(vt ita dicam) aspidica, nisi terrena esse non
potest, sed nec ideo obsurdesceret, nisi cauda
quoq; obturaret au[redacted] finis in-
tentionis, hæc surditas desperata, dum hic qui
dem velut terræ infixus, propriæ quisq; inhæ-
ret voluntati, inde velut reflectens caudam,
finem aliquem meditatur & infigit animo,
quem desiderat adipisci. Inde tam mordax &
amarus sermo inuenitur in ore hominis obsti
nati, quòd nulla ad eum penetrare queat bene
uolentia monitoris. Inde aspidi virus in lin-
guæ aculeo perseuerat, quod aduersus linguã
incantatoris, tanto se studio obturarit.*

V. [redacted].

*In aspidis ictu nullum est remedium, nisi
vt*

vt partes contactæ amputentur: Ita quædam vitia sola morte sanari possunt.

VI. Idem.

Aspis pestilentißimum malum non vagatur, nisi cum compare, ea interfectorem pertinacißime persequitur: Ita tyrãni filium, aut alium tyrannidis successorem adiungunt, ne desit vltor, si quid acciderit.

BASILISCVS.

[redacted].

Catoblepas & basiliscus solo aspectu necant, maxime si oculos intueare: Ita tyranni nonnulli solo oculorum coniectu nonnullos ad laqueum adigunt. Aut formosa mulier & impudica perimit intuitu.

Vt basiliscus sibilo fugat omnes serpentes: Ita quidam adeò sunt pestilentes, vt alij ad illos collati, boni videantur, atq; vltro cedant.

COLVBER.

**Figurat quanto studio Christus caput* 1.
*custodiendum, * & omnia peccata fugienda.* 2.

to, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

II. Remigius super Psalmum. 73.

Moysi virgam comparat Christo mortuo. Serpentis enim opus fuit mors in Adam et in Eua: quòd Moyses inde perterritus fuit, signat timorem discipulorum in morte eius: et quòd iussus fuit caudam serpentis accipere, vt uerteretur in virgam: rursus denotat, quòd sequẽtia in Christo post mortem, puta resurrectio et ascensio ipsius ab Apostolis amplexa, corde credenda fuerunt, & quem mortuum lugebant & desperabant, iam viuum adorarent.

III. *Si quis vestrũ aliquãdo perspexit præcantationib. sopitum serpentem portari in manibus, vel protrahi de cauernis, nihil valentem nocere venenis, vtpote incantationis virtute torpentibus: Ita etiã lectionis diuinæ virtute, si quis intra vos est contrariæ potestatis serpens, si quis ad insidiandum coluber latet, si patienter ferat; si non tædio fatigatus*

auertat

auertat auditum, scripturæ carminibus, & diuini sermonis aßiduitate depellitur.

III. Prouerb.30.

Tria hæc excellentia sunt, ac supra captũ meum, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in aëre, viam serpentis supra petram, iter nauis in pelago, & viam viri cum adolescentula. Talis est & adulteræ via, quæ ubi comederit, extergit os suum, & dicit: Nihil mali feci.

V. Genesis.3.

Serpens primo legitur à Deo maledictus fuisse. Maledictus eris inter omnia animantia & bestias terræ. Super pectus tuum gradieris &c.

Cyprianus Tractatu.3. de simplicitate prælatorum.

Diabolus dictus serpens, quia cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens occultis acceßibus serpit (vnde nomen serpẽtis accepit) ea est eius astutia, ea est circumueniendi hominis cæca & latebrosa fallacia, vt asserere videatur noctem pro die, venenũ

pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub prætextu fidei, Antichristum sub vocabulo Christi, vt dum verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate frustrentur. Nam transfigurat se in angelum lucis.

VI. Chrysost. in Matth. homil. 46.

Sicut serpentes varij in corpore: Sic hæretici varij in erroribus. Serpens super vẽtrem graditur: ita hæretici causa ventris, & uanæ gloriæ omnia faciunt. Terram manducat serpens, & isti illos lucrantur qui in terra sunt, id est carnales.

Theophil. in epistola ad Ephesios, cap. 6.

Quis enim hæreticorum in veritate succingitur? quin humi reptant, et nihil queũt quod altũ sit et sublimè, pernoscere, sed humanis sensibus terra serpentib. diuina conquirunt: quin etiam neq; hi quidem, qui cum in humanis agunt, falluntur, cùm mundi vacant deceptiũculis, obducuntur hac veritate, sed ita in terram prostrati, falsis inhabitant rebus.

VII. Marcus Erem.

Quem-

Quemadmodum ſunt ſerpentes occurrentes in nemoribus, ſunt item & alij in ædibus latenter excubantes: Sic affectus ſunt rationabiliter formati: ſunt item alij latentes in operibus, tametſi & alij in alios ſubinde trãſmutentur.

VIII.

Sicut ſerpentes præ omnibus animalibus aſtutiores ſunt, & aſtutia eorum non eſt in bono, ſed in malo: hoc enim ſemper aſpiciunt, quomodo aliquem mordeant: & cùm momorderint, quomodo ſe occultent: Sic & omnes hypocritæ aſtutiores ſunt cæteris hominib. ſimpliciter viuentes, & in aſtutia ſua cogitant quomodo aliquem lædant: & cùm læſerint, ita ſimpliciter ambulant, quaſi nemini nocuerint.

IX. Ambroſius epiſtola. 42.

Non immeritò ſanctus Moyſes delectationem, ſerpentis figurauit ſimilitudine. Prona eſt enim in ventrem, ſicut ſerpens non pedib. incedens, aut vllis eleuata cruribus, ſed ſinuoſo flexu totius velut corporis ſui lubrica. Ei

terra cibus est, sicut serpēti, quæ escam nescit cœlestem. Corporalibus enim pascitur, atq; in varias mutatur species cupiditatum, & tortuosis sinuatur anfractibus. Venenum in dentibus habet, quibus se vnusquisq; euiscerat luxuriosus, helluo internecat, abliguritor perimit.

X. Prouerbiorum.23.

Noli contemplari vinum quum rubet, & quum phiala colorem suum reddit, rectà procedentem.

Postremum enim eius velut serpens mordet, & velut aspis punget.

XI. *Melius esset habere serpentem in visceribus sese volutantem, quam liuorem intus depascentem. Nam illum sæpe pharmacorum vsu euomi contingit, & alimento mitigari. Liuor autem non voluitur visceribus, sed in animæ sinu versatur, affectioq; est difficilè curabilis. Et serpens quidem quum intus sit, apposito alimento humana corpora non contingit: Liuor autem licet plurima illi edulia proponas, illam deuorat animam, vndequa-*

dequaque mordens, disrumpens, distrahens. Neq; inuenire potes illam medicinam, per quam à suo furore liberetur.

XII. Psalm.140.

Exacuerunt linguas suas vt magis sint noxiæ quàm serpentum, venenum aspidis admixtum habet sermo illorum, quod latet sub lingua in pectore illorum.

Hieronymus ad Rusticum monachũ, de uiuendi forma.

Et apertius in Ecclesiaste: Sicut mordet serpens in silentio: Sic qui fratri suo occultè detrahit.

XIII. [redacted]

Serpens etiam pestifera dum frigore torpet, tutè tractatur, non quòd desit venenum, sed quòd non poßit explicare: Sic quibusdam ad eximiam maliciam vires desunt, non animus.

XIIII. Psalm.58.

Venenum eorum simile est veneno serpentis, & calidißimæ aspidis vltro obsurdescentis & obturantis aures suas, vt non cogatur

audire vocem eorum qui murmure suaui fallere illam conantur, etiamsi incantandi artibus sint instructissimi.

XV. Athanasius de passione Domini.

Quemadmodum etiam si quis serpentem apprehendat manu, dumq; conatur in alterũ proijcere, prorsus ipse mordeatur: aut si quis ignem manu tenens, dum vult hostem lædere, non intelligat quòd ipse prorsus exuritur: Sic malitia militat aduersus eos qui ipsa vtuntur, magisq; lædit eos à quib. habetur, quàm eos in quos intenditur.

XVI. Hilarius [redacted]æum.

Quæ autem sit serpentis prudentia, contuẽdum est. Nescio quid in illo prudentiæ consilijq; extet, licet quædam hinc aliqui memoriæ mandauerint, quòd vbi se in manus hominũ venisse intelligat, omni genere ab ictu caput subtrahat, idq; aut collecto in orbem corpore contegat, aut foueæ immergat, cædique partem reliquã derelinquat. Nosque hoc exemplo oportere, si quid acciderit persequutionũ

caput

caput nostrum, quod est Christus, occulere, vt ablatis nobis in omnes cruciatus, fidem ab eo acceptam iactura corporis cõmuniamus.

Chrysost. in Matth. hom. 34.

Quemadmodũ serpens totum seipsum tradit, nec minimum curat, si corpus inciditur, donec caput suum integrum seruet. Eodem tu modo fidẽ, si cætera perdideris, cures, profun das vniuersam tuam pecuniam, tradas corpus, vitæ ipsius si opus est, minimè parcas, dũ modò fidem serues, quæ caput est & radix, qua seruata, etiam si omnia perdas, omnia ta men rursus cum maiori magnificentia recuperabis.

XVII.

Si serpentem propè lectum nostrum latitantem sciremus, omnem diligentiam impenderemus, quatenus tolleretur. Diabolo verò in animabus nostris delitescente, nihil putamus nos ferre quòd graue sit, sed omnino torpefacti decidimus. Causa verò est quòd oculis corporeis ipsum non videmus: atqui vel propter hoc ipsum uigilarẽ magis cautosq́ue esse

oportebat. Sensibilem quippe hostem facilè quis obseruauerit, inuisibilem verò, nisi perpetuò bene fuerimus armati, non facilè poterimus effugere.

XVIII. Chrysostomus in epistolam ad Romanos, hom. 8.

Deus diabolum habitare voluit, tanquam prædonem quempiam ac tyrannum, qui nisi quem apprehenderit inermem & solitarium in suas speluncas descendentem, accedere sanè non sustinet, nisi vos per desertum locum iter facientes viderit, appropinquare non audet. Desertus autem locus diaboli nihil aliud est nisi peccatum. Opus est ergo nobis fidei scuto, salutis galea, spiritus gladio, non vt ne malum aliquod patiamur tantum, sed ut illius caput irruere volentis obtruncemus. Serpentis formam gerit, deorsum trahitur, ab inferiori loco depugnat, id est, à rebus quæ infra nos sunt, à voluptate, diuitijs, à secularib. rebus. Si quem viderit volatu ad cœlum ferri, primo saltu eousq; contingere haudquaquam potest, deĩde id aggressus, celeriter labetur: neq; enim

enim pedes habet, ne formides: non alas, ne terreare: super terrã trahitur, ijs quæ infra sunt adhærescens. Igitur nihil sit tibi cũ terra commune, ac labore nullo egebis: neq; enim eam pugnam nouit quæ aduerso vtrinq; cornu geritur: sed veluti serpens spinis occultatur, intra diuitiarum imposturam aßiduè latitat: qui si spinas incideris, facilè aufugiet, timidus redditus. Si & in illum diuinas incantationes canere noueris, statim vulnerabitur: sunt enim nobis incantationes spirituales, ipsum nomen domini nostri Iesu Christi, atq; ipsius crucis potentia. Hæc ipsa incantatio non solùm draconem à spolijs abigit, atq; in ignem conijcit, sed & vulneribus quoq; medetur.

XIX. Basilius.

Vt serpens, priusquam vadat ad bibendã aquam euomit venenũ omne: Ita tu omne venenum iræ amarum euome, & remitte conseruo tuo centum denarios, vt tibi dimittantur decem milia.

Augustinus ad Iulianum comitem, de perfecta iustitia.

Quemadmodum serpentis quoddam genus quum it ad bibendum, priusquam ad fontem venit, omne venenum euomit: Ita Christianus quum ad orandum accedit, omnem iracundiam & odium proximi deponat.

XX. Idem libro de salutaribus documentis, cap. 34.

Ne quæso permittam⁹ in nobis cogitationes prauas, ne tāquā minima negligam⁹, quia qui minima spernit, paulatim defluit. Non spernamus morsum serpentis, ne venenū eius aspergatur in corda nostra, quia quamuis venenū vita sit serpentis, tamen mors est hominis.

Seneca lib. 1. de clementia.

Serpentes paruulæ fallunt, nec publicè cōsequuntur, vbi aliqua solitam mensuram trāsit, & in monstrum excreuit, vbi fontes potu infecit, et si afflauit, deurit obteritq; quacunq; incessit, balistis petitur. Possunt verba dare & euadere pusilla mala, ingentibus obuiam itur. Sub vno aliquo tecto flamma apparuit, familia unicuiq; aquam ingerunt. At incendium vastum & multas iam domos depastum,

depaſtum, parte vrbis obruitur.

XXI.

Vt homini ſemper adeſt remedium aduerſus ſerpentinum virus, nempe ſaliua, qua contacti ceu feruenti perfuſi aqua, fugiunt, emoriuntur etiam ſi in fauces penetrauerit: Sic aduerſus omnes peſtiferas cupiditates præſens remedium ſemper nobiſcum circumferimus, ſi modo nouerimus vti, id ab animo petatur oportet.

XXII.

Quemadmodum ſi quis ſerpentem apprehendat manu: dumq́; conatur in alterum proijcere, prorſus ipſe mordeatur; ita nõ mirum, ſi pugnantes cum vitijs aliquando periclitemur.

XXIII.

Mors iam mortua eſt fidelibus, nihilq́; habet terribile, præter ſpeciem & laruam. Non ſecus ac ſerpẽs occiſus habet quidem ſpeciem priorem terribilem, re vera tamen ſola ſpecies ibi eſt, & mortuum malum ac iam innoxium.

A SERPENTIBVS ſpeciatim ordine litera-rum.

[redacted].

Amphisbena ſerpens vtrinq; caput habet, & vtralibet corporis parte pro cauda vtitur: Ita quidam ancipites, nunc hac, nunc diuerſa ratione ſe tuentur, & cum eſt commodum, ad eccleſiaſticam libertatem confugiunt, cum uiſum eſt, principum prætextu rem gerunt, canonum obliti.

ASPIS.

1. **Hoc genere ſerpentis planior fit vſura,*
2. 3. 4. **detractio, *nocendi cupiditas, * obſtinatia,*
5. 6. **& vindicatio iuſta, *ſimul ac iniuſta.*

I. Chryſoſtomus.

Sicut uenenum aſpidis latenter per omnia membra diſcurrit, & corrumpit: Sic vſura per totas facultates eius diſcurrit, & conuertit eas in debitum.

Idem.

Sicut qui ab aſpide percutitur, quaſi delectat us

ɛlatus vadit in ſomnum, & ſic per ſuauitatem ſaporis moritur: Sic & qui accipit ſub vſuris, pro tempore delectatur, quaſi qui beneficium accipit, & ſic per ſuauitatem beneficij non ſentit, quomodo captiuus efficitur.

II. *Acerbiore ſimilitudine ſcriptura vtitur hic: Venenum, inquit, aſpidum ſub labijs eorum, ſepulchrum patens guttur eorum: ſanè bonorum ora non ſunt talia, ſed odoris plena ingentis.*

III. [redacted]

Ineuitabile malum eſſet aſpis, niſi natura hebetes addidiſſet oculos: Ita quidā eſſent peſtilentiſsimi, ſi prauæ cupiditati accederet et ingenij uis, ut rationem quoq; nocendi poßint excogitare.

IIII. Auguſtinus in Pſalm. 90. ſermone. 13.

Dicitur aſpis hinc alteram aurem, quàm proximè poteſt, terræ infigere, inde verò alteram caudæ immißione nihilominus obturare ne audiat. Quid ad hæc [redacted]ox, quid ſermo faciet prædicantis? Orabo pro eo, ba-

ptizabor pro mortuo, vberrimo quodam pro fluuio lachrymarum: apud quem viderim nihil humanæ incantationis quamlibet ſapientiam, nihil quantumcunque admonitionis induſtriam præualere. Nouerit tamen vir ſapiens non cœlo ſeſe, ſed ſolo infigere caput, quòd ſapientia quæ è ſupernis eſt, non modò pudica, ſed & pacifica ſit. Hæc autem magis (vt ita dicam) aſpidica, niſi terrena eſſe non poteſt, ſed nec ideo obſurdeſceret, niſi cauda quoq; obturaret au[redacted] eſt finis intentionis, hæc ſurditas deſperata, dum hic quidem velut terræ infixus, propriæ quiſq; inhæret voluntati, inde velut reflectens caudam, finem aliquem meditatur & infigit animo, quem deſiderat adipiſci. Inde tam mordax & amarus ſermo inuenitur in ore hominis obſtinati, quòd nulla ad eum penetrare queat beneuolentia monitoris. Inde aſpidi virus in linguæ aculeo perſeuerat, quod aduerſus linguã incantatoris, tanto ſe ſtudio obturarit.

V. [redacted].

In aſpidis ictu nullum eſt remedium, niſi

vt

vt partes contactæ amputentur: Ita quædam vitia sola morte sanari possunt.

VI. Idem.

Aspis pestilentissimum malum non vagatur, nisi cum compare, ea interfectorem pertinacissime persequitur: Ita tyrãni filium, aut alium tyrannidis successorem adiungunt, ne desit vltor, si quid acciderit.

BASILISCVS.

[redacted].

Catoblepas & basiliscus solo aspectu necant, maxime si oculos intueare: Ita tyranni nonnulli solo oculorum coniectu nonnullos ad laqueum adigunt. Aut formosa mulier & impudica perimit intuitu.

Vt basiliscus sibilo fugat omnes serpentes: Ita quidam adeò sunt pestilentes, vt alij ad illos collati, boni videantur, atq; vltro cedant.

COLVBER,

**Figurat quanto studio Christus caput* 1.
*custodiendum, * & omnia peccata fugienda.* 2.

3. 4. **Deinde figurat periculum ineuitabile, * & hoſtem abominabilem.*

I. Ambroſius ſermone.20.

Fertur coluber cum vrgetur periculo, caput ſemper abſcondere, & in orbem ſe colligens, obiecta reliqua parte corporis, hoc ſolùm tueri: quòd illæſa, feratur membra cætera, ſaluo capitis vigore, reparare. Hoc & tu moraliter ſerua caput, hoc ſeruato myſticè, hoc caput, quod Chriſtus eſt, ſeruati humani ſerpentes, etia[redacted]*bra cædantur: totũ vratur corpus incendijs, mergatur profundo, euiſceretur à beſtijs: hoc tamen capite cuſtodito, vitæ ſalus integra eſt.*

II. Eccleſiaſt.cap.21.

Quaſi à facie colubri fuge peccata, & ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te.

III. Amos.5.

Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis occurrat ei vrſus, & ingrediatur domum, & innitatur manu ſua ſuper parietem, et mordeat eum coluber.

IIII. Vergilius lib.2.AEneidos.

Veſtibu-

Veſtibulum ante ipſum, primoq́ue in limine Pyrrhus
Exultat telis, & luce coruſcus ahena:
Qualis vbi in lucem coluber mala gramina paſtus,
Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat:
Nunc poſitis nouus exuuijs, nitidusq́ue iuuenta,
Lubrica conuoluit ſublato pectore terga
Arduus ad ſolē: et linguis micat ore triſulcis.

DRACO.

Perturbatus ſimilis eſt auiculis, quæ dracone ad nidum ſerpente, trepidæ ac conturbatæ circumuolant.

[redacted]

Dracones exugentes ſanguinem elephantorum, occîdunt eos, & ipſi viciſsim inebriati opprimuntur ac commoriuntur: Ita ſæpenumero in bello, pars vtraq; & perimit et perit, damnum dat et accipit.

HYDRA.

1. 2. *Hydra * de fœcunditate hæreseon, *et ma lis ex ebrietate admonet.*

I. Cyprian.lib.1.de incarnat.Christi.

Tradunt fabulæ poëtarum desectis quondam hydram capitibus, numerosius renascentem per sua damna creuisse. Itaq; nouo inauditoq; miraculo, multiplicato mortibus suis monstro, lucri genus esset amißio, scilicet dũ quicquid ferrum secantis abscinderet, totum id fœcunditas prodigiosa germinaret, donec laborans atq; æstuans cœptæ illius desectionis industrius appetitor, cassatis toties in efficaci opere virtutibus, fortitudinem belli armaret arte consilij, & admotis (vt aiunt) ignibus multiplicem portentuosi corporis prolem feruẽti gladio desecaret: ac sic ambustis intrinsecus medullis [redacted]*nas improbæ fœcunditatis exureret, tandem parturitio monstruosa cessaret: Ita etiam hæreses in ecclesijs, illius quam poëtarum commenta finxerunt hydræ similitudinem gerunt. Et istæ enim aduersum nos linguis feralibus sibilant, & istæ virus lethale iaciunt, & istæ sectis capitibus*

rena-

renaſcuntur. Sed quia reſurgente morbo non debet ceſſare medicina: & quantò maior fuerit ægritudo tantò inſtantior debet eſſe curatio. Potens enim eſt dominus Deus noſter, vt quod de morte hydræ illius gentilium falſitas finxit, hoc in eccleſiarum bellis veritas peragat, & ignitus ſancti ſpiritus gladius: ita in extinguendo nouella hæreſi, omnes penitus medullas pernicioſæ generationis exurat, vt tandem prodigioſa fœcunditas, emorientibus venis parere deſiſtat. Non noua ſunt hæc in ecclesijs monſtruoſi ſeminis germina: ſemper has dominici agri ſeges lappas ſentesque tolerauit, & aſsiduum in ea ſuffocatricis zizaniæ [redacted], hinc Hebionitæ: Ita ſinguli ex ſui ſimilitudine hæreſeos hæreſim procreãtes, omnes quidem à ſe diuerſa, ſed omnes tamen fidei aduerſa ſenſerunt.

Ambroſius lib.1.de fide ad gratiam.cap.4.

Hæreſis velut quædam hydra fabularum, vulneribus ſuis creuit, & dum ſæpe reciditur, pullulauit, igni debita, incendioq; peritura.

II. Chryſoſtomus in Matthæum, homilia.71.

Quemadmodum Scylla & Hydra apud poëtas, ſic & ebrietas multis capitibus armatur. Sic Lyæi multiceps beſtia: hinc enim fornicatio, ira, mollities, hinc turpes amores oriuntur, hæc mater vitiorũ: hac ſuperata, quaſi capite obtruncato alia ſepulta erunt. Reſcinde cogitatione ventres iſtorum, et videbis magnam intus congeriem, ſordidiſsimam cloacam, fœtidum ſepulchrum, eructationes fœtulentas, faſtidioſos vomitus, euacuationes ventris ſurſum atq; deorſum ſimul.

PORPHYRIVS.

[redacted]

Porphyrius ſerpens venenum habet, ſed quoniam edentulus eſt, ſibi habet: Ita quidam male cogitant, ſed quòd deſit facultas, nemini nocent.

VIPERA.

1. 2. **Vipera exemplar eſt hæreſeos, *iracun-*
3. 4. 5. 6. *diæ, *inuidiæ, * vſuræ, *garrulitatis, *ſummæ malitiæ.*

Chry-

I. Chrysostomus in Matthæum.

Est viperarum natura, vt rumpentes uiscera matrum nascantur: Sic auctores hæresium, rumpentes fidem matris Ecclesiæ, processerunt ad principatum.

II. Idem.

Nulla sic vipera viscera potest humana laniare, ut hominis iracundia, ferreis quibusdam vnguibus vniuersa confodiens. Neq; solum corpori nocet, sed etiam ipsius corrumpit animæ sanitatem: cun[redacted]*ius omnino vires discerpit ac deuorat, eamq; ad omnia inutilem reddit.*

III. Basilius Magnus.

Sicuti viperas dicunt abrupto matris uentre nasci: Sic & inuidia concipientem se animam corrodere simul ac tabefacere solet, nec mirum, cum hominem malignum & inuidũ continuo dolor atq; iustitia commitentur.

IIII. Chrysostomus in Matthæum, homilia. 57.

Nunquam enim rebus suis iucundè vtitur fœnerator, nec lætatur quoniam habet, sed

quando sibi fœnus collatum est, non tam gaudet, quòd additio facta sit, quàm mœret, quòd nondum vsuræ sortem adæquarunt: ac ideò antequam perniciosus iste fœtus perfectior edatur, cogitur alium fœtũ producere: ita fœnora in sortem redire compelluntur, et immaturum ac abortiuum partum parere viperarum. Tales certè isti fœtus pecuniarum sunt, vt magis miserorum animas corrodãt, quàm illæ feræ aluos parentum soleant lacerare.

V. [redacted]

Iaculos et viperas proprij rumpunt fœtus: Sic garrulus vel cum sua pernicie promit arcana.

VI. Matth.3.&.12.

Progenies viperarum vocãtur Iudæi, quoniam aduersus prophetas Dei non solum feroces erãt, sed et venenatæ malitiæ, quod doctrinam Dei suspectam redderent, & falsitatis insimularent: quos imitantur ipsorum posteri.

S I-

SIMILITVDINVM
LIBER SEXTVS,
ab insectis.

Seneca lib. 2. epistolarum.

Minuta quædam (vt ait Phædon) anima lia cum mordent, non sentiuntur, adeò tenuis illis & fallens in periculum vis est: tumor indicat morsum, in & ipso tumore nullum vulnus apparet: Idem tibi in conuersatione virorum sapientium eueniet, non deprehendes quemadmodum aut quando tibi prosit, profuisse deprehendes.

APES.

**Apes adumbrant Christi misericordiã* 1.
*& iuditium *scripturæ allegorias, *vsum* 2.3.
**& tractationem *nec non quomodo pro-* 4.5.
*phana scripta versanda, *quod officium do-* 6.
*ctoris ecclesiæ, *& auditoris, *quod commu* 7. 8.
*nicatione nihil dãni accipiatur. *Deinde sunt* 9.
*typi prudentiæ in pusillo corpore, *opportu-* 10.
*næ *ac sedulæ administrationis, *vtilitatis* 11.12.
*ex rebus tristibus *& inimicis perceptæ,* 13. 14.
**iustitiæ, *discordiæ, *hostilitatis, *exilij.* 15.16.17.

18 *Poſtremò docent ne cõiuges facile offendã-
19. 20. tur: *quæ ſit pœna ſcelerum, *qui plurimum
21. prodeſſe ſoleant, *quæ principem deceant,
22. *quomodo motus principum componatur,
23. 24. *quæ reuerentia magiſtratui debeatur,* quã-
do reſp. optime valeat.

I. Bernhardus ſermone.2.de aduentu Domini.

Sicut apis mellis habet dulcedinem & aculei punctionem: Sic huius apis, nimirũ Chriſti, mel & aculeum non ignorat, qui ei miſericordiam & iudicium decantat.

II. [redacted].

Apes exteriora tectoria faciunt ex ſuccis amarioribus quod dulciſsimum eſt, in intimis recondunt: Ita ſcriptura inſipidis quibuſdam allegoriarum corticibus obtegit ſapientiam, quò prophanos arceat.

III. *Apis laudabile animal in ſcripturis poſitum eſt, ex cuius laboribus reges & mediocres ad ſanitatem vtuntur: quod rectè de verbis prophetarum & apoſtolorum, atque omnia qui ſacra volumina conſcripſerunt, accipitur.*

Chry-

IIII. Chryſoſtomus.

Mel de petra ſugunt, non quale ſylueſtres quæpiam apes floribus inſidentes colligunt, neq; rorem maturãtes aluearibus immittũt: ſed ſpiritus ſancti gratia conſtruens, profanis & aluearibus, & fiſtulis in ſanctorũ animis reponant: has apes imitantes, ſanctorum voluminum fauos circumuolamus, magnam hinc decerpentes voluptatem.

Epiſt.37. Seueri ad Auguſtinum.

O verè artificioſa apis Dei, cõſtruens fauos diuini nectaris plenos, manãtes miſericordiã & veritatem, per quos diſcurrens deliciatur anima mea, & vitali paſtu, quicquid in ſe minus inuenit, aut imbecillum ſentit, reſarcire & ſuffulcire molitur.

V. [redacted].

Vt apicula per [redacted]olitans, id quod eſt vtile, domum adducit: Ita ſtudioſus ex vnoquoq; quod ad mores confert, excerpit.

Apiculæ mores imitemur ſpiritu ſolis iuſticiæ radijs feruido in florulentum pſalmodiæ

pratum prouolantes.

Ambroſius.

Apibus rectè comparantur ſacerdotes, quia ſicut apes, caſtitatem corporis præferũt, cibum vitæ cœleſtis exhibent, aculeum legis exercent. Puri enim ad ſanctificationem, ſuaues ad refectionem, ſeueri ſunt ad vltionem. Apibus planè ſunt comparandi, qui velut alueario quodam gratiam matris eccleſiæ continent, in qua diuerſorum meritorum cellulas dulciſsimis prædicationibus componentes, de vno ſaluatoris examine Chriſtianorum examina multa producunt.

VII. Chryſoſtomus.

Vt apes flores colligunt, herbas relinquũt: Sic & vos ab homine malo doctrinam colligite, conuerſationem [redacted]

VIII. [redacted]

Cum ad omnia aduolent apes, tamen nullis nocent floribus: Ita virtus, & literæ ſic ab alijs ſumuntur, vt nihilo deterior ſit is, qui communicauit.

IX. Idem.

Apis

Apis cum minimum ſit inſectum, tamen admirabile facit opus, & mira ratione politiã moderatur: Ita in puſillis corporibus ſumma nonnunquam ingenij vis.

X. [redacted]

Apes peragunt opus ſuum non ſtatis diebus, ſed quoties cœli commoditas inuitat: Ita ſuo quæq; tempore rapienda eſt occaſio.

XI.

Quis tam piger, iners & ſegnis eſt, quin excitetur ad vitæ munera, cum formicarum aut apum labores, atq; induſtriam intuetur?

XII. [redacted].

Vt apis ex amariſsimo thymo, ſuauiſsimũ mel colligit: Ita ſapiens ex triſtiſsimis rebus aliquid excerpit vtilitatis.

XIII. Idem.

Apes fucis ad opus & fœtum calore confouendum vtuntur, vbi cœperint mella matureſcere, tum expellunt ac trucidant: Ita ab inimicis quoq; ſumendum, ſi quo pacto per occaſionem prodeſſe poßint.

XIIII. Iuſtitia apum.

Colligunt quidem ex ijs, quibus aliquid dulcedinis inest, sed sine vllo fructuum detrimento?

XV. Virgilius lib. 12. AEneid.

Exoritur trepidos inter [redacted]s:
Vrbem alij reserare iubent, & pandere portas
Dardanidis: ipsumque trahunt in mœnia regem.
Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.
Inclusas vt cum latebroso in pumice pastor
Vestigauit apes, fu[redacted]maro:
Illæ intus trepidæ rerum, per cerea castra
Discurrunt, magnisq; acuunt stridorib. iras:
Voluitur ater odor tectis, tum murmure cæco
Intus saxa sonant, vacuas it fumus ad auras.

XVI. Deut. 1.

Itaq; egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obuiam veniens, persecutus est vos (sicut solent apes facere) & cæcîdit vos.

Psalm.

Pſalm.[redacted]

Circundent me tam copioſi & mordaces, quàm eſſe ſolent examina apum.

XVII. [redacted].

Quamadmodum formicæ ſi ſemel antro, et apes ſi ſemel aluearibus eijci contingat, peregrinantur: Ita quidam ſi ſemel patriam exeant, exules ſe putant.

XVIII. Idem.

Sponſæ quæ ſtatim offenſæ moribus virorum, eos deſerunt: perinde faciunt, ac ſi quis ictus ab apibus mel relinquat.

XIX.

Apes abiguntur fumo, columbæ fœtore, ſed multò magis angeli turpibus factis abiguntur. Tunc demum ſoli ſumus, cùm crapulæ, temulentiæ libidiniq; indulgemus, imò non ſoli ſumus, ſed pro ſtipatu angelorum habemus dæmonum comitatum. Proinde ſi nolumus deſeri à propugnatoribus angelis, timeamus dominum.

Baſilius.

Fumus abigit apes, dōna verò ſpiritualia fugat luxus.

XX. [redacted].

Vt apis amisso aculeo, iam nec nocere potest exarmata, nec prodesse ad mellificium; Ita mortales qui nocere norunt, iidem norũt prodesse.

XXI. Idem.

Rex apum solus aculeum non habet, aut certè non vtitur, ad hæc grandior est corpore, & specie decentior, sed alis quàm cæteræ minoribus: Ita principem oportet esse clementissimum, & à sua ciuitate nusquam auolare longius.

Theodorus Gaza.

Quis princeps non ad clementiam facile inuitetur, cum reges apum armari quidem aculeo, sed eo nunquam vti intelligat?

[redacted].

Rex ipse quidem non operatur, sed obambulans, ac circumuolans alios velut exhortatur: Ita princeps non opera, sed consilio & iussu prodesse debet suis.

XXII. Idem.

Cum maxime feruent apum inter se prælia,

lia, tum iactu puluer is, aut fumo tota res componitur: Ita grauißimi rerũ motus inter principes, affinitate aut simili re quapiam nugacißima finiuntur.

XXIII. Theodorus Gaza.

Quis principem bonum non colat aut obseruet, cum si rex apum in itinere aberrauerit, omnes eum inquirere, odoratuque sagaci persequi, donec inuenerint, cognitum habeat gestari: etiam regem à plebe, cum volare non potest, et si perierit, omnes discedere? Nũquid parum exempli ad boni principis siue desiderium, siue obseruantiam datur?

XXIIII. [redacted].

Ex aluearium strepitu ac tumultu colligunt apes recte valere: contrà ex quiete Rem publicam, Dissimile

ARANEA.

**Vana hominum studia, *ac fiducia*fragilis eorum vita, *procliuis ad scelera, * non capax diuinæ gratiæ significantur hoc animantis genere. *Præterea aranearum textis* 1. 2. 3. 4. 5. 6.

*mendaces,*hæretici,*leges,* & sophismata*
7. 8. 9. *comparantur.*

I. *Aranea fila producit è suo ventre: quic quid homo molitur suis uiribus, nihil aliud est quàm aranearum tela, vtcunque magnum quiddam esse videatur: sed his qui ipsi nihil aliud quàm aranei. Hic ædificat regia palatia, ille regni regnis connectit, alius venatur vxorem cum amplißima dote, alius mitram mitra cumulat, alius ad triplicem coronam eluctatur. Ad hæc stupet hominum multitudo, sed reuera nihil aliud hæc sunt omnia quã aranearum telæ. Leuis vẽtus à Deo veniens dißipat omnia.* [redacted] *Memphiticæ pyramides? vbi fornices, & arcus triũphales? vbi Coloßi? vbi reliqua monumenta, quibus reges æternitatem magnis studijs & impendijs moliebantur? Quid aliud texuerunt quàm telas aranearum? & opera eorum non profuerũt eis, et opera eorũ inutilia. Nihil solidũ, nisi quod in nobis extruit spiritꝰ Christi.*

II. *Posteaquam homo persuasu Satanæ cœpit affectare æqualitatem cum Deo, in hanc mi-*

miseriam cõiectus est, vt ob res nihili loquitur vanitates, ac telas aranearum texat, & sicut tela aranearum fidutia eius.

III. *Vita hominis [redacted] araneæ, quæ ad modicum flatum venti rumpitur. Immò fragilior est quàm filum araneæ, citius enim extinguitur ab irruẽte aduersitate quàm filum illud à vento rumpatur.*

IIII. Hieronymus lib. 2. commentar. in Esaiam, cap. 5.

Quod autem iuxta Hebraicum & omnes alios interpretes, appellantur funiculi vanitatis, hoc significat, quod facientibus peccatũ facile texitur: et vã inane & futile est, vt aranearum fila texuntur: sed cum inde voluerimus exire, solidissimis vinculis nectimur.

V. Chrysostomus.

Sicut aranearũ stamina flatum venti non suscipiunt: Sic neq; anima secularis, neq; homo animalis grati[redacted]ritus sancti suscipere: nihil enim differunt ab illis staminibus cogitationes nostræ, solo visu habentes seriem & ordinem artificiose distinctum, to

tius autem uirtutis vacuæ permanent, sed nostra non debent esse talia, siquidem sobrij sumus.

VI. [redacted].

Quemadmodum araneæ ex se telas texũt: Ita quidam ex seipsis comminiscuntur fabulas ac mendacia, cum nihil subsit veri.

VII. Hieronymus in epistola ad Cyprianum.

Quomodo loquentis sermo præteruolat: Ita & opus araneæ incassum texitur. De quo super persona hæreticorum scriptum est in Esaia, Telam araneæ texunt, quæ parua & leuia potest capere animalia, vt muscas, culices, et cætera huiusmodi: à fortioribus autem rumpuntur, instar leuium in ecclesia simpliciumq́ꝫ, qui eorum decipiuntur erroribus, cũ viros in fidei veritate robustos non valent obtinere.

VIII. [redacted].

Vt aranearum telas corui perrumpunt, muscæ implicantur: Ita leges plebeculam vexant, à potentibus violantur impunè.

Philo-

IX. *Philoſophus quid*[redacted]*ecticas aranearum textis ſimiles eſſe dicebat: quæ cũ operoſum quiddã atq; exactum præ ſe ferãt, tamen nugatoriæ ſint atq; imbecilles.*

CANTHARIDES

[redacted].

Vt cantharides maxime læto tritico innaſcuntur, & roſis florentibus: Sic inuidia maxime comitatur eos, qui virtute florent.

Idem.

Cantharides & ſcorpij in ſe circumferũt Diſsimile
ſui veneni reme[redacted] *peccato ineſt ſua pœna ſupliciumq;.*

CICADA.

**Figurat hominem nullius frugi, *fœminæ conſtantiam, & *carnis reſurrectionem.* 1. 2. 3.

I. *Quid enim aliud ſunt homines nullius põderis, nullius diſciplinæ, niſi vt videantur, ſicut cicadæ ad mortem nati diurnam, ſtrepentes magis quàm loquentes? Qui ſub ardore ferùentium cupiditatum ſe mulceant cantù ſibi noxio, ſtatimq; occidant, nullum fructum ferentes, nihil habentes gratiæ.*

II. [redacted].

Muta cicada pro miraculo est, quòd ipsum genus sit garrulum: sunt autem huiusmodi in agro Rhegino: Sic magis admiramur constã tiam & silentium in fœmina, quòd ipsum genus mutabile sit & loquax.

III. *Marcescit cicada iam anus, ut ex sicco exuuio prodeat noua succulenta modulatrix. Posteaquàm igitur totus homo defecit, anima in Deo exultat & corpus resurget.*

CRABRO.

[redacted].

Ter nouenis crabronum ictibus interfici hominem existimant: Ita offensa tametsi per se non capitalis, tamen sæpius iterata capitalem parit inimicitiam.

CVLEX.

1. **Innuitur Deus nihil indigens hominum*
2. 3. *ministerio, *sapiens sibi vbiq; similis, *super*
4. *stitiosus in minimis, *& qui delectatur maledicis.*

I. *Si igitur nos vanæ gloriæ studiosi & su*

perbi

perbi non egemus culicum ministerio, uel gloria: Quanto magis Deus, qui est à passione et indigentia alienus tantum nobis fruitur, quātum beneficijs fruimur, quantum nostræ saluti & delicijs conducit?

II. [redacted].

Vt in culice non minus admiranda naturæ vis est, quàm in elephante: Ita sapiens in maximis pariter ac minimis negocijs, magnum virum ostendit. Aut ingenij vis etiam in ludicro atq; humili argumento elucet.

III. Idem.

Experimur quidem plerosq;, qui paruis in rebus fidem seruant, tenentes iustitiæ normā qui tamen pro magnis lucris & commodis violant & fidem, & iusiurandum, quemadmodum de Pharisæis ait Saluator, liquantes culicem, camelum autem glutientes, hoc est, obseruantes minima, contemnentes maiora.

IIII. Idem.

Vt culices ad dulcia non aduolāt, sed acria petunt; Ita quidam maledicis & infestiuis sermonibus vehementius delectantur.

ERVCA.

Emoritur deformis eruca, vt prouolet nitidus ac picturatus papilio: similiter corpus humanum emoritur, ac renouatum resurget.

FORMICA.

1. **Formicæ exemplum valet contra impru*
2. *dentiā *quæ se ad futuras afflictiones nō præ-*
3. *parat, * contra pigritiam & negligentiam,*
4. 5. **contra nimium corporis, * & priuati com-*
6. 7. *modi & *gloriæ studium, *deniq; contra mi*
nistrorum abusum.

I. Prouerbiorum. 30.

Quatuor ista minima sunt inter terrestria, sed sapientia superant vel prudentissimos. Formicæ, populus imbecillis, quæ tamen in messe cibum suum parant: cuniculi, gens minime potens, attamen in petra domicilium suum collocant: locustæ, quæ & si regem nō habeant, turmatim tamen proficiscuntur vniuersæ: araneus vtrunq; latus apprehendit, & est in palatijs regum.

II. Augustinus de 10. chord.

Quem-

Quemadmodũ formica æstate colligit vnde in hyeme pascatur: Sic vnusquisq; Christianus in rerum tranquillitate, quam significat æstas, colligat verbum Dei, vt in aduersitate & tribulationibus, quæ hyemis nomine significantur, habeat vnde spiritualiter viuat.

III. Prouerb 6.

Vade ad formicã ô piger, inspice vias eius, vt sapiens fias. Ea e[redacted] *principem, neq; exactorem aut ducem habeat, tamen æstate cibum suum parat, & messe alimentum suum comportat.*

Vergilius lib. 4. AEneidos.

Migrantes cernas, totaq; ex vrbe ruentes,
Ac veluti ing[redacted] *farris aceruum*
Cum populant, hyemis memores, tectoq; reponunt.
It nigrum campis agmen, prædamq; per herbas
Conuectant calle angusto, pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris: pars agmina cogunt,

Castigantq; moras, opere omnis semita feruet.

IIII. Chrysost. in Matth. hom. 70.

Quemadmodum formicæ corporis duntaxat curam habent, pariter & nos, imò verò multo peius. Non enim pro rebus solum necessarijs laboramus vt illæ, sed pro superfluis: vitam illæ nullo crimine agunt, nos auaritiæ seruientes, non illas, sed lupos atq; leones imitamur.

V. [redacted]

Industrium animal formica, sed non laborat, nisi sibi: Ita nonnulli mortales sibi duntaxat consulunt, & suum modò negocium agunt.

VI. Cliniacus. *Inanem gloriam.*

[redacted].

Formicæ triticum arrodunt ea parte, qua germinare incipit, ne sibi reddatur inutile: Sic potentes quò ministris perpetuò vtantur, premunt, ne si emerserint, tædio seruitutis relinquant aulam.

VII.

Cum formica componit, quæ breuis licet

& pusilla, ingentes tamen segetum fructus graui labore quæsitos rapit. Insidiatur formica vt grana maturescant: stat itidem in insidijs inanis gloria expectans, ut spirituales diuitiæ cumulentur: gaudet formica coaceruatas frugum opes populari: gaudet pari modo inanis gloria bene partos virtutum thesauros dispergere.

FVCI.

[redacted]

Vt fuci cum ipsi non mellificent, tamen apum insidiantur laboribus: Ita sunt qui nihil ipsi excudant, sed aliorum vigilijs elaborata furto sibi vendicant.

Idem.

Si fuco alas ademeris, & in alueum reijcias, is cæteris item fucis alas adimit: Ita qui in monachorum tracti nassam, semel amiserint uitæ libertatem, alios quoq; quos possunt, pertrahunt, ne melior aliorum conditio.

HIRVDO.

[redacted]

Hirudo & quoddam pediculi genus, cui non est exitus cibi, quòd insatiabile sit, suctu sanguine intumescens rumpitur deniq;: Sic auarus copia sua præfocatur.

LAMPYRIDES.

[redacted]

Vt lampyrides non sunt conspicuæ, nisi no ctu aut in obscuro: Ita quidam non sunt illustres, nisi inter humiles & idiotas, obscurantur autem inter [redacted]

LOCVSTA.

1. 2. **Abrogatio legis. *& perfidia procerum ostenditur.*

I. Theophilactus.

Quemadmodum lo[redacted]*sta cæteraq; id genus volatilia, rore ac pruina eorum alis superposita, sepibus insident atq; fruticibus, vt quæ volare nequeant: sole autem oriente, absumēteq; rorem, ipsaq; animalcula calefaciēte, expandunt alas, & in alium transmeant locum: hunc in modū ascendebat etiam super sepem legis potentia* [redacted]*ones quasdā cor-*

& x *porales*

porales perficiens, et mira signa faciens, vsq; dum dies erat glaciei, hoc est, regnaret pecca ti ex Adamo contracti hyems: quando verò secundus Adã peccati expers, sol iustitiæ existens ortus est, desilijt diuina potẽtia ex legali sepe, ostendens ipsam infirmam esse, vt quæ non possit mundam facere conscientiam, trásijtq; ad fidem quæ possit iustificare, nec vlterius cognouit locum eius quem anteà occupârit, legis.

II. Nahun cap. 3.

Custodes tui quasi locustæ: & paruuli tui quasi locustæ locustarum, quæ considunt in sæpibus in die frigoris: sol ortus est & auolauerunt, & non est cognitus locus earum vbi fuerint.

MVSCAE.

**Muscarum citatur exemplum de potu ui* 1.
*uentibus, *amicitiam simulantibus, *inuidia* 2. 3.
*laborantibus, * tristia meditantibus, * affe-* 4. 5.
*ctiones vincentibus, * ac breuitatẽ vitæ de-* 6.
plorantibus.

I. [redacted]

Muſcæ & aliâ nonnulla inſecta ſuctu viuunt, ideoque eis pro lingua eſt fiſtula: Ita quoſdam videas bibones, qui potu viuant à cibo abhorreant.

II. Idem.

Quemadmodum muſcæ in popinis non manent, ſi deſit nidor: Ità vulgares diuitum amici non perſeuerant, ſi non adſit vtilitas.

III. Baſilius Magnus.

Muſcæ quoq; ſalubre ſi quod offendũt, prætereunt, ad vlcera verò properant: Licet inuidi vitæ ſplendorem ac rerum bene geſtarum magnitudinem minimè quidem reſpiciunt: manca verò & fragilia, & ſi quid erratum (vt quandoque rebus accidit humanis) tantum obſeruant: hæc diuulgant, & per hanc tantum homines cognoſci volunt.

Gregorius Naz.

Quemadmodum muſcæ vulneribus, ita hi noſtris inſident fatis aduerſis, aut ſi ita mauis, erratis.

IIII. *Vt muſcæ à leuibus locis veluti ſpeculis dilabuntur, aſp*[redacted]*dent:*

Sic

Sic quidam bonorum obliti tristium memoriam vrgent, ac premunt.

V. *Sicut muscæ in medium flammæ non incidunt, sed fugiunt: Ita & affectiones pios accedere non audent.*

VI. *Si bestiolis, quæ in Ponto apud Hypani hostium manè gigni, meridie iuuenescere, vespere autem senescere ac mori dicuntur: mens ratione aliqua inesset humana, non lugendum aut lachrymandum esse, quilibet sanæ mẽtis existimaret, si qua uel ante, vel circiter meridiẽ periret, quippe quæ paucis post horis, interitura esset omnino: nec rursus eam quæ occidente sole moreretur, quòd in extrema senectute decederet, felicem beatamq; esse putaremus, vtpote cuius tota vita breuis ac circumcisa sit: Ita etiam non est quod in nobis de breuitate vitæ queramus doleamúsue, qui paulò pòst omnino finituri eramus: nec econtrario, longitudine lætemur, efferamúrue, cuius quantumcunq; fuerit incrementum, nõ multum distet à nihilo.*

PEDICVLI.

[redacted].

Pediculi corpora exanima deserunt, vtpote defecta sanguine, quo alebantur: Sic adulatores rebus prosperis ac feracibus adsunt, aridus & steriles non attingunt.

PVLICES.

Augustinus de 10. chordis, cap. 11.

Noli illa contemnere, quia minora sunt, sed tunc quia plura sunt. Attendite fratres mei, minuta sunt, non sunt magna: non est bestia quasi leo, vt vno morsu guttur frangat, sed bestiæ plerunque minutæ multæ necant. Si proijciatur quisquam in locum pulicibus plenum, nunquid non moritur ibi? Non sunt quidem maiores, sed infirma est natura humana, quæ etiã minutißimis bestijs interimi potest: Sic & modica peccata attendite, quia modica sunt, & cauete quia plura sunt.

PYRALIS.

[redacted].

Vti pyralis vltro aduolans lucernis, adu-

stis

ſtis alis collabitur, ac perit. Sic quidam ipſi ſibi accerſunt perniciem.

RICINVS SEV CROTO.

Quidam tauris œſtrum, canibus crotonem in aures immittunt: Sic adulator in aurem ad miſſus, haud facilè excutitur, ſed trãſuerſum agit quò lubet.

SCARABEVS.

**Repræſentat inuidos, *peßima approbã-* 1. 2.
*tes, *malorum memoriæ immorientes.* 3.

I. Chryſoſtomus.

Vt ſcarabei alieno ſtercore: Sic inuidi aliorum aduerſa fortuna nutriuntur.

II. [redacted]

Scarabei fugiunt vnguenta, delectantur fœtoribus: Sic nonnullis peßima pro optimis placent.

III. Idem.

Vt eſt locus in Olyntho Thraciæ, in quem ſi ſcarabeus inciderit, non poßit exire, ſed diſtorquens ſeſe immoritur: Sic quidam malorum ſuorum memoriæ immoriuntur.

SCORPIVS.

1. 2. *Admonet baptiſmi, ſpiritus ſancti, *cir-
3. 4. cumſpectionis, * obtrectationis, * vtilitatis
5. 6. ex diſcordia, * & alijs rebus peſsimis, * dein-
7. de ex malis prognatorum & *prauarum mu
lierum.

I. Cyprianus lib. epiſt. 4. epiſtola. 7.

Sicut ſcorpij & ſerpentes qui in ſicco præualent, in aquam præcipitati, præualere non poſſunt, aut ſua venena non retinere: Sic & ſpiritus nequam, qui ſcorpij & ſerpentes appellantur, & tamen per nos data à domino poteſtate calcati, permanere vltra non poſſunt in hominum corpore, in quo baptizato & ſanctificato incipit ſpiritus ſanctus habitare. Hoc deniq; & rebus ipſis experimur, vt neceſsitate vrgente in ægritudine baptizati, & gratiam conſecuti careant in mundo, quo antea mouebantur, & laudabiles in eccleſia viuant.

II. *Itaq; ſicut qui ſemel eſt ictus ſcorpio, huic ſub omni lapide dormit ſcorpius: Ita qui lapſu linguæ linguas maledicorum in ſe concitauit,*

citauit, etiam tuta timens, circumspicit omnes actiones suas, ne quid fallat imprudentem.

III. [redacted].

Scorpius venenum in cauda gerit, & obliquè ferit: Ita quidam in fine virus effundũt suum & dissimulanter lædunt.

IIII. Idem.

Scorpius letale venenum habet, aconitũ letalius, tamen hoc in potu datum aduersus scorpionum ictus remedium habet: Ita dum venenum cum veneno colluctatur, seruatur homo: Itidem duorum pestilentium ciuium discordia, nonnunquam Reipublicæ saluti est.

V. Idem.

Sicuti scorpius si post ictum admoueatur vulneri, venenum ad se retrahit: Ita nihil est tam noxium, quin secum afferat remedium sui mali, si quis modò vti nouerit.

VI. Idem.

Vt scorpius non tantummodo putandus est habere aculeum, cum ferit, sed semper est obseruandus: Ita malis prognati, etiamsi non

peccent, tamen venenum habent.

VII. *Sicut boum iugum quod mouetur: Ita et mulier nequã, qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem.* [illegible]

VERMES.

1. 2. **Figuratur his terrenorum studium, *in-*
3. 4. 5. *anis gloria, *mollis animus, *contẽptus, *mi*
6. *seria, *pœnitentia.*

I. Chrysostomus in epistolam ad Hebræos, homilia. 24.

Terrenis inhiamus, & à terris nolumus abscindi, sicuti quidam vermes ex terra in terram, & iterum ex ipsa in ipsam conuertuntur: Sic & nos nec modicum respicere uolum⁹, nec auferre nos à causis mũdi, sed quasi quadam sacietate, & ebrietate demersi ac percussi, obstupuimus imaginantes.

II. *Vt vermis in stercore: Ita superbus in passionibus suis inuoluitur.*

Chrysostomus in Ioannem, homilia. 29.

Quemadmodum vermis ligna ex quibus nascitur,

nascitur, & rubigo ferrum consumit: Ita inanis gloria altricem sui animam perdit.

III. In Prouerbijs,

Tinea oßium cor intelligens. Et iterũ sub obelo: Sicut tinea vestimentum, & vermis lignum: sic mœror excruciat cor viri.

IIII. Basilius.

Sicut enim vermis in lignis mollioribus innascuntur maximè: Sic animi anxietates in mollioribus hominum mentibus oriuntur.

V. Machab.1.cap.2.

A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius stercus, & vermis est. Hodie extollitur, & cras non inuenietur. Quia conuersus est in terram suam & cogitatio eius perijt.

VI. Psalm.22.

Ego verò vermis esse uideor magis quàm vir.

VII. Chrysostomus.

Quemadmodum vermis in ligno natus ipsum comminuit: Sic tristitia de peccato nata, (Est enim pœna peccati, indicta à Deo mulie

ri, In dolore paries filios) peccatum conterit per pœtitentiam inducta.

VESPA.

Athanasius de passione Domini.

Quemadmodum infestum animalculum, cui nomen Vespa, quum impetit petram, non eam lædit incursu, sed potius perdit aculeum: Sic & mors vehementer falsa est incurrens vitam quæ est Christus Iesus: non enim potuit eum tenere mors, sed ipsa potius aculeum perdidit, adeò ut quos prius terrebat aculeus, nunc insultent ac dicant: Vbi tuus mors aculeus? vbi tua cõtentio tartare? Ac rursus deuorabit mors inualescens: & iterum, Abstulit Deus omnem lachrymam ab oculis omnium.

AB ANIMALIBVS in genere.

I. Tyrius Platónicus sermone.10.

Quemadmodum enim diuersis animalium generibus diuersas itidem natura defensiones, ad tuendam propriam vitam salutemq; constituit: vt leonibus vires, ut ceruis cursum, ut canibus venationes, vt aquatilibus natationem, volatilibus volatum, reptilibus cauernas: Ita hominum generi in cunctis huiusmodi defensionibus cæteris animalibus minori, vtpote quod vires tenuißimas habet, impeditißimum cursum, volatus est penitus immune, natationem vix attingit, cauernariæ habitationis omnino est impos, rationem tradidit Deus, quasi donum quoddam, quod cunctis facultatib. illis æquipolleret, huicq; amatorium desiderium subiecit, veluti freno cuidam equum, veluti sagittario arcum, temone nauem, instrumentum opifici.

II. *Quemadmodum in terra hac spatiosa & lata, animantium alia mansuetiora sunt, alia ferociora: Ita in latitudine animæ nostræ cogitationum aliæ sunt magis pecuinæ & irrationales, aliæ ferociores & agrestiores.*

Se-

III. Seneca lib. Epist.

Quemadmodũ rationi nullum animal obtemperat, non ferum, & domesticum & mite, natura enim illorum est surda suadẽti: Sic non sequuntur, non audiunt affectus quantulicunq; sint.

IIII. Basilius Magnus.

Vt autem feræ bestiæ blanda manu permulsæ, leui certamine [redacted] *libidines, pauores, mœrores animæ, venefica mala consuetudine sopita, nec perpetuo irritamento efferata, eluctabiliora deinde vi rationis fiunt.*

V. Seneca lib. 2. epistol. epist. 105.

Magnanimos nos natura produxit, & vt quibusdam animalibus ferreum dedit, quibusdam subdolum, quibusdam pauidum: Ita nobis gloriosum & excelsum spiritum, quærentem ubi honestissimè, nõ ubi tutissimè uiuat, simillimum mundo, quem, quantum mortalibus passibus licet, sequitur æmulaturq;.

VI. *Vt creatorem non in cœlo tantùm miramur, & terra, sole, oceano, elephantis, camelis, equis, bubis, pardis, vrsis, leonibus: sed*

& in minutis quoq; animalibus, formica, culice, muscis, vermiculis, & istiusmodi genere, quorum magis scimus corpora quàm nomina, eandemq; in cunctis veneramur solertiam: Ita mens Christo dedita, æquè & in maioribus & in minoribus intenta est, sciens etiam pro ocioso verbo reddendam esse rationem.

VII. [redacted].

Animalia quædam circa cubilia confundunt vestigia, ne queant inueniri: Sic nobis celandum bonum nostrum, quo tutius sit.

Lactantius de diuino præmio, lib.7.cap.24.

Muta animalia cum fraude decipiuntur, si aliquo se modo in fugam extricauerint, fiũt postmodum cautiora, vitantq; semper ea omnia, in quibus dolos insidiasque senserunt: Sic hominem pœnitẽtia cautum ac diligentem facit ad euitanda peccata, in quæ semel fraude deciderit.

Ambrosius lib.1.offi.cap.27.

Omnibus animantibus innatum, salutem tueri,

tueri, cauere quæ noceant, expetere quæ prosunt, vt pastum, latibula, ut se à periculis, imbribus & sole defendant etiam, hoc est prudentiæ. Solus homo non prospicit æternam salutem.

VIII. Chrysostomus.

Omne animal conceptionis suæ seruat honorem, & tempus, homo autem solus contemnit.

IX. Lactantius lib.3.cap.20.de falsa sapientia.

Cùm natura hominis imbecillior sit quàm cæterorum animaliū, quæ uel ad perferendam vim temporum, vel ad incursiones à suis corporibus arcendas, naturalibus monumentis prouidentia naturalis armauit: homini quia nihil istorum datum est, accepit pro istis omnibus miserationis affectum, qui planè vocatur humanitas, qua nosmet inuicem tueremur.

X. [redacted]

Vt animalia quæ vnicum pariunt fœtum, vehementius amant: Sic erga vnum arden-

tior eſt beneuolentia.

XI. Idem.

Vt bruta ſi vi commiſceantur diuerſo generi, diſcedunt indignantia, & grauiter ferentia: Sic inter ſimiles placide coit, & cohæret amicitia.

Idem.

Animal in intimis vires habet maximè proprias: Sic amicus nihil oſtentat, ſed tũ celat, cùm maximè iuuat.

XII. Lactantius lib.3.cap.20.de falſa ſapientia.

Si homo ad conſpectum alterius hominis efferaretur, quod facere videmus animantes, quorum natura ſoliuaga eſt, nulla eſſet hominum ſocietas, nulla vrbium condendarũ vel cura, vel ratio: Sic neq; vita quidem ſatis tuta, cùm cæteris animalibus expoſita eſſet imbecillitas hominum, & ipſi inter ſemetipſos belluarum more ſæuirent.

XIII. Chryſoſto[redacted]tia.

Sicut beſtia fiet ſæua, more leonum, more pardorum, more vrſorum, qui dum includuntur,

tur, coërcenturq́ in tenebris, erigunt animos, acuuntq́ iras: Itidem & diuitiæ dum includũtur & defodiuntur, acrius rugiunt quàm leones, perturbantque omnia. Quòd si eas è tenebris eduxeris, & in egenorum ventres dissemines, ex feris beſtijs fiunt oues, quæ fuerant insidiosæ duces, pro scopulis fient portus, pro naufragio tranquillitas.

XIIII. Theodorus Gaza.

Loca pro temporis conditione solent animalia mutare: non plus edunt, aut bibunt, quàm sibi salubre sit: non diutius dormiunt, quàm ratio valetudinis poſtulat: modum mouendi, quiescendiq́ue seruant: nouit sua quodq́ue medicamenta: viuit sua quodq́ue sorte contentum, & gaudet. hæc late à medicis præcipiuntur. At verò exempla, in quibus vis maior, quàm in præceptis eſt, ab animalibus certiora præbentur.

XV. Seneca lib. 2. cap. 11. ad Sere.

Non immerito horum contumelias sapiẽs vt iocos accipit, & aliquando illos tanquam pueros, malo pœnaq́ue admonet & afficit, nõ

quia accepit iniuriam, sed quia fecerũt, ut desinant facere: Sic enim & pecora verbere domantur, nec irascimur illis cum sessorem recusauerint, sed compescimus vt dolor contumaciam vincat.

XVI. Prouerbiorum.cap.12.

Qui diligit castigationem, diligit scientiã: qui vero correptionem odit, obbrutescit.

XVII. Seneca lib.3. de ira. cap.25.

Proprium est magnitudinis veræ, non se sentire percussum: Sic immanis fera ad latratum canum lenta respexit.

Idem.

Illę magnus & nobilis est, qui more magnæ feræ, latratus minutorum canum securus obaudit.

XVIII. [redacted].

Vt priscis satis erat si à feris non læderentur, posteriores etiam in suum commodum vertere cœperunt, pellibus vestiri, carnibus vesci, felle mederi: Sic nobis agendum est, vt ab inimicis non solum non lædamur, verum etiam adiuuemur.

XIX.

XIX.

Bestiæ à dominis suis qui eas nutriunt, fustigationes et verbera multa recipiunt, quãto magis igitur nos ratione vigentes, qui tanta Dei beneficia à Deo patre & saluatore nostro accipimus incessanter, mala quæcunque sint propter eum sustinere debemus.

XX. [redacted].

Iumenta quorum in aspero indurata est vngula, quamliber patiuntur viam, in palustri pascuo saginata citò subteruntur: Sic animus duris rebus assuetus, minus offenditur.

XXI. Chrysostomus aduersus Iudæos oratione.3.

Bestiæ donec in syluis pascunt, & ab hominibus negliguntur, mitiores sunt, minusq; sæuæ: verùm vbi venatores eas captas in ciuitates abduxerint, atq; inclusas extimularint, vt pugnent cum ijs qui bestijs obijciuntur, protinus irruentes vbi carnem degustauerũt, & sanguinem humanum biberunt, posteà non facilè abstinent à talibus epulis, sed multa cum auiditate ad eandem decurrunt men-

sam: Hoc sanè & nobis vsu venit, quoniam nunc cum Iudæis pugnam suscepimus, & impetu aduersus illorum impudentes contradictiones facto, rationes illorum subuertimus, omnemque celsitudinem erigentem sese aduersus cognitionem Dei, & cogitationes captiuas duximus ad parendum Christo, maior etiam nos cepit aduersus illos bellandi cupiditas.

XXII. [redacted].

Cerui pastu dictami excutiunt corpore sagittas, à phalangio percußi cancrorum esu sibi medentur: lacertæ à serpentibus ictæ, herba quadã se refouent: hirundines vexatis pullorum oculis chelidonia succurrunt: testudo cunilæ pastu vires aduersus serpentes reficit: mustela in murium uenatu ruta se confirmat: ciconia origano: hedera apri sibi medentur in morbis, item cancrorum esu: anguis fœniculi succo abijcit exuuium: breuiter nullum est animal, quod non intelligat sua remedia: Solus homo nescit, vnde vel corporis vel animi remedia petere debeat.

Eras-

XXIII. [redacted].

Nihil ergo magis præstandum est, quàm ne pecorum ritu sequamur antecedentiũ gregem, pergentes non quò eundum est, sed quò itur.

XXIIII. Seneca lib.2. epistolarum, epistola.100.

Obliuisci quidẽ suorum, ac memoriam cũ corporib. efferre, et effusissimè flere, meminisse parcissimè, inhumani est animi: Sic aues, sic feræ suos diligunt, quarum concitatus est amor & penè rapidus, sed cum amissis totus extinguitur.

XXV.

Auis auibus se associat, denique ingentis plerunque agminis volatu cœlum obtegitur, pecus pecori adiungitur, piscis piscibus, nec damnum ducunt, sed commercium viuendi, cùm plurimum comitatũ capessunt, & quoddam munimentum solatio frequentioris societatis affectant: Solus tu homo consortem excludis, includis feras, struis habitacula bestiarum, destruis hominum. Inducis mare inter

prædia tua, ne desint belluæ. producis fines terræ, ne poßis habere finitimum.

Chrysostomus homil. 30. Quòd nemo læditur nisi à seipso.

Amor pecuniæ vt fera quædam & crudelis domina, omnium corda poßidet, & tyrannica dominatione deuinxit. Sæuit vt barbarus, feruet crudeliter vt tyrannus, debacchatur impudenter vt meretrix, nusquã miseretur, nusquã pudet. Et cùm lupis, vrsis, leonib. ferocius sæuiat, suauis tamen videtur hominibus & amabilis, melle, imò & fauo ipso dulcior. Cumq; his qui eam desyderant, exoptant, gladios acuat quotidie, foueas paret, scopulisq; eos mille, & mille naufragijs illidat, expetitur tamen ab eis.

XXVI.

Diuitiæ ingratæ sunt, fugitiuæ, homicidæ, crudeles & implacabiles, bestiæ incicurabiles, præcipitium vndiquaque præruptum.

XXVII.

Spinatum est plena gloria, multorum capitum bestia, & in eos quibus fouetur, qui-

bus

bus suscipitur, armata.

Chrysostomus in Ioannem, hom. 68.

Vana gloria est bestia varia & multiformis, & vbiq; proprium virus disseminat, pecunijs, delicijs, corporis pulchritudine, vestimentorum copia.

XXVIII.

Quemadmodum qui bestiarum cubicula indagat, & laqueo captare feras magni æstimat, & magnis canibus circundare saltus, vt illarum vestigia premat, potiora deserit, multisq; officijs renunciat: Ita qui sectatur voluptatem, omnia postponit, & primam libertatem negligit, ac pro ventre depēdit, nec voluptates sibi emit, sed se voluptatib. vendit.

XXIX. Chrysostomus in Matthæum.

Omnes certe animantes quæ rationis expertes sunt, quum bibunt aut comedūt vltrà quàm satis est, etiam si mille homines cogerent, nunquàm elabuntur. Nemo cogit bibere aut edere animalia, ne excessus detrimen-

to sit eis: ebriosi & qui cogunt alios ad bibendum, peiores ipsi iudices.

XXX. Augustinus de ebrietate.

Ebriosi peiores animalibus. Cum enim illa amplius quàm eis opus est, bibere nolint, isti & duplum, & triplum, quàm eis expedit, potum accipiunt.

XXXI. Chrysostomus.

Bestias feras ad mansuetudinis prouehis dignitatem, teipsum de throno deijciens & honore regali, ad animalium irrationabilium furorem cogis. Ponamus iram quoq; bestiam quandam esse: quantum igitur ab alijs erga mitigandum leonem studium datur, tantum tu iracundiæ coërcendæ curam impende, & effice huiusmodi cogitationem mitē atq; mansuetam. Siquidem hæc fera & vnguibus sæuißimis armatur & dentibus: Nisi illam solicitè mansuefeceris, cuncta simul disperdet & lacerabit.

Seneca lib. 3. de ira, cap. 16.

Omnis enim indignatio in tormentum suum

um proficit, & imperia grauiora ſentit, quo contumacius patitur: Sic laqueos fera dum iactat aſtringit.

XXXII. [redacted]

Vt inter animantium genera occulta quædam ſunt diſsidia, cùm nulla appareat diſsidij ratio, velut araneæ & ſerpenti, formicis ac ſoricibus, trochilo & aquilæ, alijsq; compluribus: Ita ſunt qui illam aut illam oderint gentem, cum neſciant, quamobrem oderint. Quidam odêre rhetoricen, aut Græcas literas, cùm hoc ipſum ignorent quod oderunt.

XXXIII. Idem.

Vt feris bellum eſt cum ijs, quæ ijſdem alũtur, cum cæteris pacem agunt: Sic inuidia et æmulatio inter eiuſdem artis profeſſores. Nã pugili cum curſore conuenit.

Inuidi feris quoq; peiores. Nam illæ quidem eſcæ indigentes, vel priuſquàm à nobis irritẽtur, aduerſus nos armãtur: hi verò beneficijs quoq; frequenter allecti, benemeritos maleficijs proſecuti ſunt. Hi quidem peiores feris, dæmonibus autem pares, fortè verò peiores

& istis: hi nanq; contra nos bellum exercent funestum, consortibus autem generis non insidiantur.

XXXIIII. Theophilactus in epistola ad Hebræos. cap. 10.

Vt belua aliqua irritata, non antè sæuire desistit, quàm aliquem arripiat, laceretq;, et vorans expleat irã: Sic & ignis æmulatione ductus, & zelo vlciscendi mandatorum trãsgressus, ob idq; desæuiens, quemcunq; corripiat, depascitur semper.

XXXV. D. Iacobus. 3.

Omnis enim natura & ferarum & volucrum, serpentiumq; & marinorum domatur, & domita est à natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest, incoërcibile malum, plena veneno mortifero. Per ipsam benedicimus Deo & patri, & per ipsam maledicimus hominibus, qui ad similitudinem Dei conditi sunt.

Quemadmodum malæ bestiæ dentibus potissimum occidunt, veluti leones & vrsi, nõ nullæ & letale venenum ferunt in dentibus: Ita

Ita reperiuntur & homines, quorum dentes sunt illis arma & sagittæ, & quorum lingua gladius acutus, & sub quorũ labijs latet venenum aspidis insanabile. Hæc nimirum est illa generatio, non ex Deo profecta, sed ex diabolo, quæ iuxta testimonium Salomonis, pro dentibus habet gladios, & commandit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus.

XXXVI.

Sicut magnum & venerandum est rationale hoc animal, & maximè quando in virtutis viam contendit: Ita quando in malum declinat, truculentarum bestiarum imitatur crudelitatem. Quin & cùm feroces illarum mores assumpserit, quamuis rationale & mãsuetum animal sit, multis tamen illarum superat ferociam.

Chrysostomus.

Sicut bestia, quamuis sit naturaliter sæua, tamen si excitata non fuerit, non facilè super hominem impetum facit, si autem homine occiso, vel aliqua bestia, sanguinis accepe-

rit gustum, iam si viderit hominem, sine mora aliqua irruit super eum: Sic & Herodes, etsi proposito erat iniquus, tamen postquàm propter correptionem adulterij est exasperatus, opus pessimum ausus est facere, & Ioannem conijcere in carcerem, seipso iniquior, et audacior quidem fuerat semetipso factus, cum omnibus Iudæis in mortem Ioannis consentientibus.

XXXVII.

Quemadmodum rabidæ bestiæ in sua ipsarum viscera sæuire solēt: Ita seditiosi Iudæi in se inuicem grassabantur. Non enim priuatæ tantum domus, sed etiam templum ipsum cædibus complebatur & diripiebatur.

XXXVIII. Chrysostomus.

Vsquequo inuicem insidiamur vt bestiæ, sicut pisces maris? magis autem bestiæ non insidiantur inuicem, sed alienigenis: vtputà vrsa vrsam non facilè interimit, non serpens serpentem, cognitionem generis reuerentur: Tu autem cum indigena etiam decem milia habens iura, naturæ cognationem, rationem, co

gnitionem

gnitionem Dei, & alia, interimis eum, et inuoluis decem millibus malis, licet gladium nõ mergis neq; tingis in iugulo, alia sæuiora committis. Illud si operarer is, simul eum curis omnibus liberares: nunc autem fame, et deiectione, seruitute, & alijs multis peccatis affligis. Contineamus ergo manus nostras à tali homicidio, imò magis extendamus ad eleemosynam.

XXXIX. Chrysostomus homilia de Absalon, ubi Dauid patrem persequitur.

Vbi iam solatium patres, vbi præsidium genitores inuenient, si filios senserint parricidas? Aut quand[redacted] sunt, si domestica nobis obsistunt? Bestiæ & mutæ pecudes pietatis iura conseruant, & quibus natura denegat pietatem. Innocentem perimere nefas est, patrem occidere scelus, prophetam iugulare facinus inauditum, & ante hoc tempus mortalibus cunctis ignotum.

XL. [redacted].

Negant vllum animal venenatum fame

aut ſiti emori: Ita peſtilentes homines domi habent, vnde ſe paſcant, & ſuo aluntur veneno.

Idem.

Vt quædam feræ etiam domitæ, tamen ſubito ad feritatem natiuam recurrunt: Ita nũquam bona vitia manſueſcunt.

XLI.

Vt bellua exacerbata non deſiſtit, tantiſper dum apprehenderit quendam, quo deuorato exaturet cupiditatem ſuam: Sic & ille ignis pro tranſgreßione mãdatorum ſæuiens, ac propter illa efferatus, quem apprehẽderit, deuorat ſemper.

[redacted]

Cùm bruta ſolitum naturæ morem relinquunt, tempeſtatis indicium: hoc eſt, cũ mergi fugiunt maria aut ſtagna, cum abſcondun tur formicæ, aut oua progerunt: lumbrici è terra fugiunt, tempeſtatis præſagium eſt: Ita cum audent facinoroſi, tacent integri, ſapit vulgus, deſipiũt pri[redacted]*s pro terrenis digladiantur, perniciem humanæ vitæ ſignificat.*

Ibi-

XLII. Idem.

Vt feris alijs aliunde victus: Sic hominibus alijs aliunde viuendi ratio, alius philosophatur, alius militat.

Idem.

Bos ad aratrum adhibendus, equus ad currus, ad venatum canis, vt inquit Pindarus: Sic quisq; debet eam vitæ rationem capescere, ad quam natura sit appositus.

XLIII. Augustinus in epistolam Ioannis tractatu 9.

Nonne videmus in mutis animantibus, in irrationabilibus, vbi nō spiritualis charitas, sed carnalis & naturalis est, exigi tamen magno affectu de vberib. matris lac à paruulis? Et quamuis sugens impetum faciat in vbera, melius est tamen matri, quàm si non sugat, nec exigat quod charitate debetur. Sæpe vidomus vbera vaccarum etiam grandiusculis vitulis capite percuti, & propè ipso impetu leuari matrum corpora, nec tamen eas calce repellere, sed si desit filius qui sugat, mugitu prouocari ad vbera. Si ergo in vobis il-

la charitas spiritualis quæ in Apostolo qui ait: Factus sum paruulus in medio vestrum, tanquam nutrix fouens filios: tunc vos diligimus, quando exigitis. Pigros non amamus, quia languentibus formidamus.

XLIIII. Chrysostomus in Matthæum, cap. 21.

Apud Iudæos illa animalia sunt munda, quæ reuocant cibum, & ruminant: Ergò animal illud est mundum quod masticat & tradit vtero, & iterum de vtero reuocat, & ruminat: Et homo ille est spiritualis & sanctus, qui audiens verbum, tractat: & quum intellexerit, memoriæ quasi vtero tradit, & iterum de memoria quasi de vtero reuocat, & ruminat, & retractat.

Augustinus de uera innocentia, cap. 193.

Verbi Dei auditor similis esse debet animalibus, quæ ab hoc quod ruminant, munda esse dicuntur; & non pigeat cogitare quæ in aluo cordis accipit, & cùm audit, sit similis edenti: cùm audita in memoriam reuocat, sit similis ruminanti. Chry-

XLV. Chryſoſtomus.

Si præſtigiatorum incantamentis beſtiæ obtemperant, mirum niſi eloquia Dei animæ ferocis ſtatum, tranquillum & æquabilem reddunt.

XLVI. [redacted].

Vt feræ mutuò laniatu viuunt: Ita quiſquis potentior malo inferioris diteſcit, ac creſcit.

XLVII.

Qui beſtias, aut feras, aut equos indomitos tractant, nihil prius diſcũt, quàm quibus rebus irritentur aut mitigentur. Leones aſpici limis indignantur, tauri puniceo colore efferãtur, lynces ſonitu tympanorũ in rabiem aguntur, ſic vt ſeipſas dilanient: elephãti ſuis ſtridore terrentur, et in coitu deprehendi indignè ferunt: equus ferociens palpo & popiſmate miteſcit. Huius generis alia ſunt innumera, quæ qui obſeruant, facilè vitant quod offendit, & adhibent quod irritatas beſtias mitigat: itaq; tutò verſantur cum natura noxijs ac feris animantibus: Idem ſi fiat inter cõ

iuges, facilè constabit conuictus tranquillitas, & si quid dißidij fuerit subortum, haud magno negocio sopietur.

* *

*

AD LECTOREM.

Sunt exemplaria quædam, sed perpauca, in quibus errata negligentia operarum commissa reperies, quæ nos dum adhuc sub prælo erãt, in plerisq; correximus: & nunc calci affiximus, ne studiosum lectorem remorentur, si cui fortè ex paucißimis illis non correctis exẽplar obtingeret. Prior quidem numerus pag. secundus vers. denotat. 24.4. *à carpendo.* 30.11. *tatum.* 52.9. *dorcas.* 53.1. *vnicornem.* 53.23. *supplices.* 56.1. *in quorum ripis.* 58.17. *rapacium.* 78.12. *ouipara.* 85.6. *producunt.* 87.10. *color.* 89.15. *animantium.* 122.2. *disposuit.* 168.10. *insipiens. Vale.*

TIGVRI ~~PER ANDREAM GESSnerum F. & IACOBVM Gesnerum, fratres.~~
Anno Salutis humanæ M. D. LV.
Mense Februario.


ALFREDO FARNESI
ROMA
Piè di Marmo 19-20
Legatore di Libri

